μεν ΕΝΕΚΑΛΥΨΑΜΗΝ. p. 389. ἐνεκαλυψάμην.

Nunc ad supellectilem meam, nimis fortasse exilem, in *Miscellanea Critica* devenio. Inprimis gratias, quas possum maximas, ago Reverendo admodum cultissimoque Viro mihi in hoc curriculo præeunte, qui doctrinam puro quodam et candido dicendi genere conjunxit. Multa seu minuta, seu recondita et perutilia stylo perspicuo, simplici, nitido evolvit*. Sed HEMSTERHUSII rationem Originum Græcarum, quibus redundant viri doctissimi notæ, et quasi extra ripas diffluunt, prætereundam omnino mihi duxi. Ab illius placitis in hac re summa cum reverentia abscedo. Si mihi loqui liceat, NOMEN (utrum *substantivum*, an *adjectivum*, ut aiunt, nil mea refert,) ut alii, esse *radicem* dixerim, unde densa illa orationis silva succrevit, et cui succinne satis læta illa propaginum soboles revocari possunt †. Cogitanti sane cuivis, quam fecunda sit nominum materies, suboriatur suspicio *voces sensusque* illo

* "THOMAS BURGESSIUS," quem honoris causa nominatum volo, "vir etiam apud exteras gentes eruditionis laude insignis, nunc episcopus Menevensis" (hodie Sarisburiensis) "dignissimus." *Routh. ad Reliq. SS. Vol. I. pp. 139, 40.* Non possum non recordari qua modestia suam editionem viris eruditis judicandam proposuerit: "Fortasse vero nonnumquam incaute nimis et festinanter, ut juvenis, a viris longe doctioribus dissentio: quibus hæc Antilochi verba me excusent velim [II. ψ, 587.], *Ἀναχαιο γυν' πολλὸν γὰρ ἔγωγε*

νεώτερός εἰμι Σείῳ, ἀναξ Μενέλαε, σὺ δὲ πρότερος καὶ ἀρείων. Οἷσθ', οἷαι νέον ἀνδρὸς ὑπερβασίαι τελέθουσι. Κραιπνότερος μὲν γάρ τε νόος, λεπτή δὲ τε μῆτις."

† "Si grammaticos audis, *κόπος* a *κόπτω*: ita quidem *τύπος* a *τύπτω*. Imo vero, quod pace eorum dictum sit, *κόπος* est radix sive thema, ut *τόπος*, *ψόφος*, *δόλος*, *φόνος*, *δνόφος*, *κόρος*, *πόθος*, *μόγος*, *κλόνος*, *λόφος*, *θόλος*, *λόχος*, et alia multa." *R. B. Bernardo*, p. 159. Conf. *Valck.* ad *Ammon.* p. 211. et ad *Ph.* 397. et *Porsonum in Censur. Crit.* (June, 1797. pp. 174, 5.).

solo, si minus ambitiose, nude saltim ac probe *notare* potuisse crescens hominum genus. Hæc sermonis primordia ipsis mundi incunabulis æqualis humani generis genitori divinitus πρωτοπλάστῳ fuere divinitus infusa : vide *Gen.* II. 19, 20. *Est quadam prodire tenus* : Εἰ δὲ ἄλλος νοεῖ ἑτερώς, κρατεῖτω τῆς ἑαυτοῦ γνώμης, ἐμὲ δ' οὐκ ἐνοχλείτω.—Nunquam hanc mihi fidem extorqueri sinam. Si quis litterarum supra hominem perspicax vigore mentis cuncta penetrantis per omnes loquendi formas permeare, et verba ad ultimam sui generis speciem redigere posset, ILLUM firmamenta cujusque sermonis in primævam, ut vocant, linguam resolvere potuisse mihi saltim probabile fit. *Verum haut facile est te venire illo, ubi sita est sapientia; Spissum est iter, apisci haut possis nisi cum magna miseria*¹⁰. Danais consonantes severæ limæ labore adeo corradere solenne fuit, quo nativam quandam dulcedinem suis vocabulis concilient, ut Attica loquela quibusdam tanquam ΑΥΤΟΧΘΩΝ videatur. Hoc posito, quicunque origines ex profundissimo dialectorum sinu

10. Quam lubrica via insistant ii qui talia aggrediuntur, optime explicuit limati iudicii vir, loco Anglice scripto de cautione illis adhibenda qui rerum naturalium proprietates experiundo rimari tentant : *This, indeed, is the Fatal Point, about which so many of the greatest Wits of all Ages have miscarried; and commonly, the greater the Wit, the more has been the danger: so many wary steps ought to be trodden in this uncertain path: such a multitude of pleasing Errors, false Lights, disguised Lies, deceitful Fancies, must be escap'd; so much care must be taken, to get into the right way at first: so much, to continue in it; and at last, the greatest caution still remaining to be us'd; lest when the treasure is in our view, we undo all, by catching at it too soon, with too greedy and rash a hand.* Sprat's *Hist. of the R. S.* pp. 100, 1.

eruerere atque in lucem retrahere nititur, illi metuo ut desint subsidia, quæ ex intimo augurandi artificio nunquam depromet.

Huic alteri editioni *Sanctamandi* observationes in Comicum debeo, et iis quasdam *Matthæi Raperi* exemplari suppeditatas non prorsus temere interposui. Ex eodem fonte TYRWHITTI tam humanitate animi quam comitate morum nemini secundi, necnon exquisita et singulari eruditione inter suæ ætatis ingenuos facile principis, schediasma ad Dawesium hausi. Alias etiam schedas meis usibus humaniter concessit *Thomas Tyrwhittus*, illius propinquus, cui idcirco pro hoc munere debitas ago agamque gratias. Quod dedicationem huic Viro ab amico suo præfixam servandam curaverim, totum hoc, lector benigne, peto atque efflagito, ut observantiæ benevolentiaque potius, quam inanis gloriæ aucupio, acceptum referre velis. Merces quoque pretiosas BENTLEII, qui summum Critices principatum tenet, in meis adnotatiunculis non raro reperies. PORSONUS etiam, qui Bentleio unico fascis submittit, *Dawesio* suo opem auxiliumque contulit; addita-menta ex exemplari, quod mihi benevole donavit, descripta suis locis adjeci: accedunt et ejusdem alia, quasi præsidium et ornamentum *Dawesio*, quorum inspectio humanitate viri amicissimi mihi cedebat: Juveniles plerumque notæ, veruntamen PORSONI juvenis, quas extuderat, dum accrescebat potius quam adhuc adoleverat linguæ notitia.

At Vir ille amicissimus, cujus nomen cunctis pietatis officiis prosequor, ἀνεπίληπτου ἡσκηκῶς βίον, ad plures decessit. DOBRÆO majora indies et magis ardua meditati acerba fati vis intercessit. Vidimus

hunc in Græci Professoris Cathedram evectum; sed vidimus tantum; Ἰὼ βρότεια πράγματ' ἐντυχοῦντα μὲν Σκιά τις ἂν τρέψειεν· εἰ δὲ δυστυχοῖ, Βολαῖς ὑγρώσσων σπόγγος ὤλεσεν γραφήν. Quicquid sit, Numinis ter Optumi Maxumi decretis animo demisso obtemperemus. Professor ὁ μακαρίτης doctrinæ divitiis, ingenii acumine, pervicacissima in quærendo constantia, recta iudicii trutina conspicuus; in scriptis quæ in dias luminis oras prodierunt, “ubivis integerrima fides et probitas, tum factorum veritate, tum dictorum simplicitate elucent.” Hic germanus *Porsoni* alumnus, literarum in Academia nostra decus, et literatorum amor, palam exemplo, privatim consiliis culturam sanam promovebat, et publicis literarum commodis liberaliter opitulabatur.—Mortem lentis passibus appropinquantem Christiana fide communitus haud formidavit: quamvis e caduco hoc deversorio evolans ad divinum animorum concilium discessit, qui *immortali ævo summa cum pace fruuntur*; non tamen hoc domicilium omnino omnis deseruit; quicquid ex illo amavimus, quicquid mirati sumus, manet, mansurumque est in pectoribus amicorum, in fama rerum: et ejus amicitiae, quam sancte et constanter excoluimus, recordatio mihi jucundissima erit, *dum memor ipse mei, dum spiritus hos reget artus*. *Elmsleius* quoque sermonis Attici arbiter elegantissimus sui triste nobis desiderium reliquit; tamen nolim dolorem, qui infixus animo hæret, virtutibus ejus commemorandis renovare. Gratiae quoque *Gaisfordio* maximæ referantur, omnibus in confesso est, qui præ ardentissimo Græcas literas promovendi studio Platonis Codicem Clarkio-Bodleianum exactissime contulit, et omnia etiam minutissima quæque

adnotavit. Si eruditissimo et humanissimo Viro, *J. Fr. Boissonadio*, tot tantisque negotiis distento, liceat, ut operam suam in venerandæ antiquitatis membranis Parisiensibus regiis “1807 (olim 94 et 2087)” extra notatis navaret, et variantium lectionum congeriem eadem cura præstitam exinde depromeret, cum bonis omnibus summam inibit gratiam. Videntur hi Codices, quantum conjectura assequi possum, ex uno eodemque fonte derivati atque descripti; ac si *Dialogi*, *Hippias* uterque, *Io*, et *Menexenus* aut sub finem *Clarkio-Bodleiani*, aut initio *Codicis Parisiensis* superfuissent, corpus oppido quam pretiosum lectionum *Platoniarum* conficeretur.

Quod ad reculas meas attinet, paucis expediam. Scribebam non docendi studio, sed promissi reus factus, quod demum, utcunque potui, sedulo præstiti. Multis et magnis curis distento animus concidebat, torpebat manus: illa bonæ mentis soror, et sæpius contubernalis cogitata perficiendi consilium disjecit, inquam? an potius disperdidit: neque enim occupata opera, nec impedito animo res tanta suscipi potest. Nihilominus hortatoribus amicis nescio quomodo animus sese erigens telam, quam exorsus est, pertexere sustinuit. Initium a quinta sectione, utpote ad *Atticarum* venerum salubritatem perutili, jam pridem feceram; et mea proinde quantulacunque ad typographi usum exscripseram. Sed cum alii excusis ista quærerem, nusquam apparuere. Quam jacturam, mihi scilicet, non reipublicæ litterariæ, factam, nulla diligentia, quamvis summam adhibuerim, reparare potueram. Opposuit materiem fortuito potius conquisitam quam scite et affabre elaboratam festinata opera. “Quare, Lector benigne,

laboris mei, velim, faveas voto, indulgeas audaciæ." Illa vero ipsa operis denuo incepti lentitudine fiebat ut multa corrigerem, plura in melius digererem, et rei bene gerendæ succresceret uberior seges. Non gravatus essem quamplurima rescribere, et denuo cusa in ordinem magis lucidum redigere, si tempus mihi aut a pueritiæ disciplina aut ab aliis negotiis vacasset.

Reliquum unum illud est, quod plurimum me *Museo Britannico Præfecti, et Collegii S. S. et Indiv. Trinitatis* apud Cantabrigienses propensæ hac in re voluntati debere profitear. *Sociis Collegii Jesu* ibidem, propter summam animi benignitatem, vota facere nullo unquam tempore desistam: et beneficentiam "Virorum doctissimorum atque humanissimorum, quibus Typographeï nostri cura demandata est," jucunda et grata recordatione, dum vivam, complectar. Quinetiam pronum animum Reverendi et perdocti viri, *Edvardi Moises*, qui munus a Dawesio olim susceptum hodierno die tam honeste exsequitur feliciterque gubernat, gratus et memor agnosco. Est et alter, egregius sane vir, qui nostra vota pro suo in Dawesium studio humaniter promovit, et cujus laudes sua modestia opprimit.

Dabam m. Nov. MDCCCXVII.; *Wymondami* retractabam m. Maii MDCCCXXVII.

Paginas editionis primæ in margine retinui, et fidelissime expressi; et in iis citandis vocula *infra* designatis, eadem editione usus sum. Quotiescunque Appendicem in notis respicio, lectorem rogatum volo ut paginas ad hanc editionem refingat.

CODICUM ARISTOPHANIS INDEX, QUOS AD
DAWESIIUM ADHIBUI.

- A. MS. Arundelianus** penes Regiam Societatem.
Barocc. 127. omnium vetustissimus; *Ranæ* a *Bentleio*, deinde totus a *Porsono* collatus; "incipit a versu 560. *Pluti* et desinit in versu 1340. *Ranarum*."
43. "Huic *MSto*, qui recentioris manus est, nec tam multa habet scholia, desunt in *Pluto* versus a 125. ad v. 348. et in *Nubibus* a 380. ad 545." Hos ambo ad loca a *Dawesio* tentata contulit *Burgessius*.
- C. MS. Bibliothecæ Publicæ Cantabrigiæ**, extra notatus Nn. 3. 3. *Plutum* et *Nubes* complectitur.
- D, E.** Duo exempla *Pluti*, *Nubium*, et *Ranarum* in eodem volumine notato Nn. 3. 15. *ibidem*.
- F. MS. signatus** Nn. 3. 16. *Plutum* et *Nubes* continet; *ibidem*.
- H. MS. Harleianus 5725.** in Museo Britannico *Plutum* et *Nubes* continet.
- I. MS. Harleianus 5664, 6.** *ibidem*. Tres priores fabulas habet; in locis quam plurimis cum *Barocc. 127.* consentit, atque ab eo describi videtur; hanc conjecturam nuper firmavit vir amicissimus, quem vide ad *R. P.* emendationes in *Aristophanem*.
- T. MS. Harleianus 6307.** Tres priores fabulas continet. Brevi prodibit horum *MSS.* uberior descriptio.

THE HISTORY OF THE
CITY OF BOSTON
FROM 1630 TO 1800

The first settlement in Boston was made in 1630 by a group of Puritan ministers and laymen who had fled from the Massachusetts Bay Colony. They were led by John Winthrop, who gave the settlement the name of Boston in honor of the English city of the same name. The settlement was founded on a small island in the harbor, and the first buildings were built of wood. The settlement grew rapidly, and by 1640 it had become one of the largest and most important cities in the New England colonies.

The city of Boston was the center of the American Revolution. It was here that the first shots were fired on April 19, 1775, at the Battle of Lexington. The city was occupied by British troops from 1775 to 1780, and it was during this time that the city suffered the most damage. The city was burned and looted, and many of its buildings were destroyed. The city was finally evacuated by the British in 1780, and it was then that the city began to rebuild itself. The city was rebuilt on a larger scale than before, and it became one of the most important cities in the United States.

The city of Boston has a rich and varied history. It has been a center of commerce, industry, and culture for centuries. It has been a city of firsts, and it has played a major role in the history of the United States. The city is a city of many faces, and it is a city that is always changing. The city is a city of opportunity, and it is a city that is always growing. The city is a city of hope, and it is a city that is always looking forward.

M I S C E L L A N E A
C R I T I C A

IN
SECTIONES QUINQUE
DISPERTITA.

SCRIPSIT

RICHARDUS DAWES, A.M.

COLL. EMMAN. APUD CANTABRIGIENSES
NON ITA PRIDEM SOCIUS; HODIE LUDO
LITERARIO ET GERONTOCOMIO APUD
NOVOCASTRENSES PRÆFECTUS.

CANTABRIGIÆ

TYPIS ACADEMICIS EXCUDIT J. BENTHAM.
VENEUNT APUD GUL. THURLBOURN CANTAB.
ET JOHAN. BEECROFT LOND.

MDCCLV.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

SECTION OF QUANTUM

PHYSICS

RESEARCH REPORT

NO. 100

BY

ROBERT S. SHULL

AND

FRANK J. WELLS

CHICAGO, ILLINOIS

1951

PHYSICS DEPARTMENT

UNIVERSITY OF CHICAGO

CHICAGO, ILLINOIS

1951

PHYSICS DEPARTMENT

UNIVERSITY OF CHICAGO

CHICAGO, ILLINOIS

1951

PHYSICS DEPARTMENT

UNIVERSITY OF CHICAGO

CHICAGO, ILLINOIS

1951

LECTORI

S.

At quo tuam hodie nescio quam, si diis placet, far-LECT.
raginem? Aliud scilicet dudum fecisti ut a te
expectaremus. *Miltoni Græca metaphrasis* cœpit
institui¹; cur *Miscellanea tandem Critica* exeunt?
Profecto tibi non sat commode temporibus hæc
sunt devisa. *At noli quæso, o bone, plus nimio
sævire. Olim quidem, absoluta Paradisi Amissi libri
primi versione, eruditorum genti rem haud ingratham
præstaturus mihi videbar, si illud operis incepti spe-
cimen publici juris fecissem. Verum enimvero*

Ου ταυτον ειδος εστι νυν των πραγατων².

*Metaphrasin utique pro ea qua tunc temporis polle-
bam Græci sermonis peritia conscriptam, hodie cum
jam egomet mea vineta³ cædere valeam, solæcismis
scatere comperi. Quod infortunium in cæteros itidem
quosque, qui a sæculis recentioribus Græce scribere
tentarunt, cadere dicendum est. Cujus rei, ut a meis
erroribus initium faciam, insigni exemplo esse poterit
ipsum illud quod olim exhibui versionis specimen :*

1. Vide Appendicem, pp. 623 et Fabulas Attico lepore conditas
—627., et Hor. A. P. 21. legere quam ex Anglicis bonis

2. Eur. Ion. 597. εἶδος φαί- Græcas non bonas facere maluit
νικαι τῶν editiones; vide Stanl. Damerius. Conf. Porsoni Opusc.
ad Æschyl. Agam. 1378.; nimi- p. 53., et Pr. xli. xlii.

rum ad saniolem mentem rediit, 3. Hor. Epist. II, i, 220.

DAW-
ESIIUS

ii

————— *Ζησοίτε τρισολβιοι αγροι
 Χαρματοοικητοι' φοβεραι ⁴ δ επιχαιρετ ερημοι,
 Κοσμος υποχθονιος τε' συ δ ἀδης ευρυβαθιστος
 Ηγεμον ενδεξαιο ⁵ νεηλυδα, τον γε νοημα
 Ου τοπω ουδε χρονω μετακινήτον φορεοντα.
 Αυτοτοπος ⁶ νοος εστι, και αυτοφνεσσ αρετησιν
 Ουρανον αν περιουδε μεταλλαζαι τε και ἀδην.
 Αυτοτατος δ αρ εων τιπτ αυ μελετωμι τοποιο,
 Τω μονον ουκ ισος τον υπερμεγαλυνε κεραυνος ;
 Αλλ ὠδε προεθηκεν ελευθερις απολαυσειν
 Αφθονος, αλλ ενθενδ Υψιζυγος ουποτ απειργει'
 Ωδε μεν ήσυχιοι βασιλευσομεν, αυταρ εγωγε
 Ενδοξον καν ἀδῆ οιομαι εμβασιλευειν'
 Μαλλον αν ἀδοτυρανος η ουρανοδουλος εσοιμην ⁷.

Primo utique quo verbum ζησοίτε⁸ hic donatur usus

4. Φοβερῶτατον ὃ ἐρημία Χε- νεκέσσει καταφθιμένοισι Φανάσ-
 noph. Anab. II. 154. ed. Cant. σειν.

5. Soph. Aj. 395—"Ερεβος ὧ 8. ζήσοιτε. Hujus futuri ac-
 φαεννότατον ὡς ἐμοί, "Ελεσθ', τίνα forma non comparet. Soph.
 ἔλεσθέ μ' οἰκήτορα, "Ελεσθέ μ'. Ph. 1453. χαῖρ', ὧ μέλαθρον

6. Hor. Carm. II, xvi, 19, 20. ξύμφρουρον ἐμοί, 1464. χαῖρ', ὧ
 Epist. I, xiv, 13. Cic. in Catil. Λήμνον πέδον ἀμφίαλον—ἀλλὰ
 I, xxi. Sallust. Jugurth. I, II, 3. χαιρετ', ὧ πόλις, Καὶ γὰρ "Ερεχ-

7. Eur. Ph. 514. "Αστρων ἂν θέως Eur. Hipp. 1097. Monk.
 ἔλθοιμ' αἰθέρος πρὸς ἀντολάς, Καὶ Ἔς. "Babrii Fab. cxlix. 5. X'
 γῆς ἔνερθε, ὄνατος ὦν δρᾶσαι ἢ μεν χελιδῶν φησι, φίλτατη,
 τάδε, Τὴν θεῶν μεγίστην ὥστ' ζωοις. Exemplum certe desidero,
 ἔχειν τυραννίδα. Troad. 1177. in quo ζωοις (in hoc scilicet ora-
 τῆς ἰσοθέου τυραννίδος. Longe tionis genere) pro formula salu-
 aliter Achilles Odyss. Λ. 488. tandi usurpetur. Verisimilius
 Βουλοίμην κ' ἐπάρουρος ἔων θη- igitur arbitror Babrium scrip-
 τεύμεν ἄλλω 'Ανδρὶ παρ' ἀκλήρω, sisse, φίλτατη, ΧΑΙΡΟΙΣ, et syl-
 ᾧ μὴ βίωτος πολὺς εἶη, "Η πᾶσιν labam priorem του ζωοις ex ver-

Græci sermonis ingenio adversatur. Neque enim ^{LECT.} futurum istius formæ, quod tamen ante me nemo quod sciam observavit, optanti unquam tribuitur⁹. Sed neque istius familiæ quidquam apud scriptores Græcos valedicendi notionem sortitur. Quod autem dixerit poeta Romanus, vivite sylvæ¹⁰; nihili plane est. Deinde, voculam αν cum verbo περιουδε conjungi vetat Græcorum scriptorum consuetudo. Nec vero eam ad infinitum μεταλλαζαι nisi sensu prorsus alieno rettuleris. Tertio, verbum αυτοτατος utpote ab Aristophane¹¹ licentia comica confictum hujusmodi Poematis metaphrasi parum convenit. Quod autem ⁱⁱⁱ adhuc gravius est, quæ ei ab Aristophane notio tribuitur ab hujus orationis indole plus nimio abhorret: aliud utique est cui æquipollet Plautinum ipsissimus, aliud quod in hunc locum cadit, idem. Atque hunc quidem sensum ne ipsi quidem Comico nisi articuli ope forma superlativa donare licuisset. Nempe qua ratione ab αυτος ipse confingitur αυτοτατος ipsissimus, eadem plane ab ὁ αυτος idem¹² confieri oporteret ὁ αυτοτατος, si ita vis, maxime-idem. Quarto, vitiosa est loquendi ratio τιπτ αν μελετησι. Oportet vero τιπτ αν. Qua de re vide pag. 207 (387). Quinto, futurum απολασσαν nullum est: neque enim nisi forma

su præcedenti irrepsisse, errore librariis familiarissimo." ΤΥΡ-
 WHITT. p. 37. Meminisse libet
 Plutarch. Vit. Alexandri p. 701.
 D. E. ἐκαλεῖτο δὲ Σφίρης· ἐπεὶ δὲ
 κατ' Ἰνδικὴν γλῶτταν τῷ ΚΑΛ'Ε
 προσαγορεύων ἀντὶ τοῦ ΧΑ'ΙΡΕΙΝ
 ταῦς ἐτυυχασόντας ἠσπάζετο,

Καλανός ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων ὀνο-
 μάσθη.

9. Vide infra p. 168.

10. Virg. Æn. III, 493.

11. Plut. 83. Χρ. ἐκεῖνος αὐτός;

Πλ. αὐτότατος. Conf. Kusterum
 apud R. P. ad l.

12. Vide infra ad pp. 221. 658.

DAW-
ESIUS *media dicitur απολαυσισθαι; quanquam aoristus tamen
activus απελαυσα passim reperitur, medius vero απε-
λαυσαμην nusquam extet.*

Aristoph. Av. 177.

ΑΠΟΛΛΥΣΟΜΑΙ τι¹³ γει διαστραφήσομαι.

13. "Vulgo deest τι, quod conjecit supplendum Kusterus; idem tamen hujus conjecturae laudem imminuit, alia subjungenda, in quam se propensiores significavit, γάρ scilicet pro γ', cum illud τι clare exhibet editio Aldina." RICARDUS PORSONUS ad R. D. "et ita ex Veneta edidit Berglerus." Idem apud P. P. Dobræum. Equit. 175. Εὐδαιμονήσω γ', εἰ διαστραφήσομαι. Istud γε etiam haud exiguo ad sensum discrimine, ad numeros maximo; Atticis enim non licuit γε post jusjurandum continuo ponere, nullo alio vocabulo interjecto: Eccles. 735. Νῆ Δία, μέλαινά γ', οὐδ' ἂν εἰ τὸ φάρμακον, ut crebro cum amicos, tum lectores monuit R. P.; conf. Censur. Crit. (March, 1805. p. 234.), ad Hec. 399. Ph. 1638. Advers. p. 33. I. 'ΑΠΟΛΛΥΣΟΜΑΙ· 'Απολαύσομαι κάλλιον ἢ ἀπολαύσω, inquit Thomas Magister Vascosani; Plato Phædr. p. 234. Α. ἀπολαύσονται. Xenoph. Mem. II. ii. 4. ἐπει τούτων γε τῶν ἀπολυσόντων μεσταὶ μὲν κί οδοί, μεστά δὲ οἰκήματα. ἀπο-

λυόντων correxit nescio quis in margine exemplaris Herodoti Larcheriani Vol. II. p. 446. ab amico obiter inspecti; sed vide Addend. ad p. 140. col. 1. l. 18. Isocratis Ep. ad Jasonis filios p. 603. l. penult. καὶ τούτων ἀπολαύσεσθαι προσδοκῶσι. Demosth. de Contribut. p. 171, 23. ἀπολαύσειν Reiskius; sed vulgata ἀπολαύων retinenda. Eur. Iph. T. 526. 'Απέλαυσα. sed in Aristoph. Av. 1358. ἀπελαυσάμην e Reiskio tacite edidit Brunckius; ἀπέλαυσα γάρ, νῆ τὸν Δι',—editions veteres; ἀπέλαυσα γάρ ἂν, νῆ τὸν Δι', cod. RAV., lege igitur, ἀπέλαυσά γ' ἂν, νῆ τὸν Δι',—Demosth. adv. Olympiodor. p. 1279. Bekker. καὶ τῆς κοινωρίας τῆς πρὸς τούτον ταῦτ' ἐγὼ ἀπέλαυσα. Inscriptio juxta Sphingem Ægyptiacam reperta l. 9, 10. ΑΠΕΛΛΥ-ΞΕ Aristoph. Plut. 1233. τί γὰρ ἄλλ' ἂν ἀπολαύσαιμι—conf. P. P. D. Addend. p. (122). Thucyd. II, 53. ἀπολαῦσαι. Aristophon in Pythagorista apud Athen. VI, p. 238. C. ἀπολαύσαι θύμων Λαχάωνων τε. II. 'ΑΙΣΟΜΑΙ· Aris-

toph. Vesp. 1231. ἕτερον ᾄσομαι. 1244. κἄτ' ᾄσεται. sed vide infra ad pp. 534, 5. Valck. ad Ph. 1651. Markl. ad Suppl. 932 (942. Ox.), qui in altera editione se sprete Dawesiani decreti pœnas dedisse callide dissimulat. Pind. Ol. xiii, 1—Τρισολυμπιονικίαν ἱπαινίων Οἶκον, ἄμερον ἀστοῖς, Ξένοισι δὲ θεράποντα, γνήσομαι τὴν ὀλβίαν Κόρινθον, Lege, θεράπειαν, ἌΙΣΟΜΑΙ τὰν ὀ. K.,—et vide Athen. xiii, p. 574. F. Pac. 1279. ἀλλὰ τί δῆτ' ᾄδῶ; Plato de Legg. viii, p. 829. D. μηδέ τινα τολμᾶν ᾄδειν ἀδόκιμον μῦθον, μὴ κρινάντων τῶν νομοφυλάκων, μηδ' ἂν ἠδῶν ἢ τῶν Θαμύρον τε καὶ Ὀρφεῶν ὕμνων. Pac. 1303. ὄσ' ἦσας. Nub. 1375. Ὁ δ' εὐθύς ἦσ' Εὐριπίδου ῥῆσιν τιν' — Pac. 1296. ᾄσον, πρὶν εἰσιέναι, τι. Eq. 405. ᾄσαιμι γὰρ τότ' ἂν μόνον. An. 489. ὅπῃταν νόμον ὄρθριον ᾄσῃ. 408. Βακχίβακχον ᾄσαι. III. ἌΚΟῦΣΟΜΑΙ. G. Lecarpentus p. 56. Ἀκούσομαι δεῖ γράφειν τὸν μέλλοντα κατ' Ἀγτικούς, καὶ οὐκ ἀκούσω, [ὥσπερ δὴ καὶ θρύψομαι, καὶ ἀποκρύψομαι, οὐ μὴν δὲ θρύψω καὶ ἀποκρύψω.] “—Ακούσομαι ἀκούσεσθαι quorumvis erant Græcorum in usu; futurum activum ἀκούσω· ἀκούσειν· veteribus erat inusitatum.” Valck. in Phalaridea, XXII.; conf. R. P. Advers. p. 130. (Opusc.

p. 33.) Archilochus Herodiani a LECT. Porsono in PREEF. citatus, Λεωφίλῳ δὲ πάντα κῆται, Λεωφίλῳ δ' ἄκουε. Sic Codices Havniensis et Marcianus; Λεωφίλος δ' ἄκουε, Parisiensis uterque; Λεωφίλον δ' ἀκούεται Porsonus; Λ. ἀκούσεται Elmsleius. Conf. Æschyl. Septheb. 196. Pers. 712. Eum. 306. 626. Eur. Heracl. 999. Aristoph. Equit. 456. Aristoph. Ach. 321. Δικ. Οὐδ' ἀκούσεσθ', οὐδ' ἀκούσεσθ' ἔτερόν, ὃ ἕχαρητῆσαι. Tyrwhitt. Conj. p. 42. Thesm. 1178 (1167). scribendum ἀκούσητ' Elmsl. in Addend. ad Ach. 295. Vide Hotib. ad l., et Reisk. Conject. p. 210. Lex. Sangerm. p. 372, 14. Ἀκουσέτην Σοφοκλῆς ἔφη Ἀκούσεσθαι δὲ Ἀριστοφάνης. “Sed ibid. p. 369, 13. Ἀκουσεῖων: ἀντὶ τοῦ ἀκουσόμενος. Unde forsitan legendum Ἀκουσεῖων.” DOBBEUS in Addend. ad Thesm. l. c. Nihil verius. [Hippocratis ὈΡΚΟΣ, Ἄ δὲ ἂν ἐν θεραπείῃ ἢ ἴδω, ἢ ἀκούσω—dk. formæ subjunctivæ.] Thucyd. i, 140. ὡς φόβῳ καὶ τοῦτο ὑπακούσοντες. sed ὑπακούσαντες Codices. et ibid. 143. ὑπακούσεσθε. Demosth. adv. Aristogit. p. 493. Lambin. = p. 795, 15, 16. Reisk. εἰ τοίνυν ἀκούσετε [καὶ Bekker.] τὰς βλασφημίας, ἃς κατὰ τὴν ἀγορὰν περιῶν καθ' ἡμῶν ἔλεγεν, ἔτι μᾶλλον ἂν αὐτὸν μισήσαιτε, καὶ δικαίως ἀκούσαιτε

DAW-
ESIUS *Plut.* 236.

Αγαθον γαρ ΑΠΕΛΛΑΥΣ ουδεν αυτου πωποτε*

Similiter a verbis ἄδω, ἀκουω, *usurpantur* ἄσομαι, ἀκουσομαι; ἤσα, ἤκουσα. *At* ἄσω, ἀκουσω *non sunt nisi aoristi subjunctivi*; ἤσαμην *autem et* ἤκουσαμην *plane nihili. Eandem et alia analogiam haud pauca sequuntur. Nec vero futurum verbo* προεθηκεν *com- mode subjungi potest. Sexto, praesenti* ἀπειργει *usus hic tribuitur neutiquam defendendus. Neque enim Homericum illius in Notis laudati,*

iv 14 *Ἡ ρ αὐτις πολέμος τε κακός και φυλοπις αἰνη

Reiskius, et e Codice Antverp. Bekker. Leptin. p. 113. F. A. Wolf. = p. 557. Bekker. οὐτ' ἐνεχθεὶς αὐτοῖς ἄλλος οὐδεὶς ἀντιδοῦναι' οἷς οὐκ ἀκουστέον, ἂν ἐναντία τόλμῃ λέγειν. Lege, 'ΩΣ οὐκ ἄκ. Aj. 1141. σὺ δ' ἀντάκουσον probabiliter suggestit doctissimus Aristotelei libri interpres p. 201. *Æschyl. Eum. 198. "Αναξ "Απολλον, ἀντάκουσον ἐν μέρει" vide (Ed. Tyr. 544. Eur. Suppl. 569. Sed medelam expectat Æschyl. Agam. 1406. καὶ τήνδ' ἀκούσεις ὀρκίων ἐμῶν θέμιν' Nub. 1005. repone ex MS. Brunckii ἀποθρέξει.*

14. Ἡ ρ' αὐτις—Hoc interrogative efferendum, *nunquid rursus erit bellum, an turpiter pacem statuet?* non ut vulgo, *aut bellum erit aut pax.* Ἡ ρὰ num, *nunquid,* ut mox v. 93. Ἡ ρὰ νύ μοι

τι πίθοιο, RICARDUS BENTLEIUS. Qui lectionem edd. non odit, amet perditte vaticinium illud ridiculum Tiresiæ, (Hor. Sermon. II, v, 59.) *O Laërtide, quicquid dicam, aut erit, aut non: Divinare etenim magnus mihi donat Apollo.*—Ubi ex codicibus duobus, *mihī magnus, et tertio, donavit, præbente, eruit olim Vir perdoctus, —O Laërtiade, quicquid dicam, aut erit aut non Divinare mihī magnus donavit Apollo. Ovid. Met. I, 391. Aut fallax, ait, est solertia nobis, Aut pia sunt, nullumque nefas oracula suadent. Marklandum in Epistolas ad Brutum p. 349. explosas vulgatum sequi, profecto mirum. Meminisse libet Torrentii verbum dico BENTLEIO juveni placuisse, ut patet e *Prælect. Boyleiana III. 104.**

Εσσεται, η φιλοτητα μετ αμφοτεροισι ΤΙΘΗΣΙ
 Ζευς, ὅς τ ανθρώπων¹⁵ ταμης πολεμοιο τετυκται,

LECT.

ea est indoles ut verbum τιθησι, uti olim mihi visum est, futuri loco usurpetur. Valet utique φιλοτητα τιθησι quod Anglice dicimus is bringing about a peace¹⁶. Hunc autem qualemcunque errorem cum eruditorum plerorumque omnium doctrinæ, tum præcipue cujusdam auctoritati¹⁷ acceptum refero, a quo hujusmodi aliosque haud paucos barbarismos elegantiarum nomine insignire didiceram. Septimo, μλλον αν εσοιμην locutio est Græcis ignota. Futurum utique formæ optativæ nihilo rectius cum particula αν conjungitur¹⁸, quam optanti tribuitur. Adi autem sis pag. 103 (168)¹⁹. Vocem porro ἀδης, (accuratius αῖδης²⁰, nam Iones dicunt αἰιδης) quæ locum hic

15. Non placent duo illi genitivi. Unus Harleianus, Ζευς ὅστ' ἄνθρώποις—atque eadem varietas Π. T. 224. R. B.

16. Æschyl. P. V. 846. Ἐνταῦθα δὴ σε Ζευς τίθησιν ἔμφρονα.

17. Fortasse, Antonio Blackwall; vide (*Sacred Classics defended and illustrated*, Vol. 1. pp. 83. 100.) ed. nov. Jacobus Tate.

18. Philetærus Athenæi vii, 280. C, D. Εἰς αὔρων δὲ μηδὲ φροντίζειν, τί ἂν Ἔσται Grotius; εἴη legendum conjecit Walpole.

19. Æschyl. Agam. 589. γυναικα πιστήν δ' ἐν ἑόμοις εὔροι

μολών. vide Blomfield. ad l. Soph. Aj. 550. ὦ παῖ, γένοιο πατρός εὐτυχέστερος. 821. ποῦ Τεύκρος; ὡς ἀκμαῖος, εἰ βαίη, μόλοι. *Elmsleius in Mus. Crit.* N°. iii. pp. 366, 7. Cæd. Col. 421. Ἄλλ' οἱ θεοὶ σφι μήτε τὴν πεπρωμένην Ἐριν κατασβέσειεν, ἐν δ' ἐμοὶ τέλος Αἰτοῖν γένοιτο τῆσδε τῆς μάχης πέρι. Eur. Ph. 586. μήποτ', ὃ τέκνον, κλέος Τοῖόνδε σοὶ γένοιθ' ὑφ' Ἑλλήνων λαβεῖν.

20. ἈΦΙΔΗΣ — Ἀΐδης — Ἄιδης sed vide R. P. ad Eur. Suppl. 75. in Advss. p. 227. et ad Hec. 1010. et infra pp. 245.

513. Soph. Aj. 517. *Musgr.* ἀλλ' ἡ μοῖρα τὸν φύσαντά με Καθεῖλεν

DAW-
ESIUS

quater denotat, perperam toties adhiberi non jam de plano assevero; id vero a scriptorum vere Græcorum nemine unquam factum esse mihi persuasum est. Illud denique non immerito reprehenderis, quod verba hic occurrant analogiam partim Atticam partim Ionicam referentia. Diversas utique Græciæ dialectos neminem unquam serio confudisse crediderim, nisi qui nullam accurate intellexerit²¹. Cujus rei argumento est quod apud Aristophanem legitur Pac. 928.

TP. Τι δαι²² δοκει σοι δητα των λοιπων; XO. OWI.

“Αἰδὼν θανασίμους οἰκήτορας.
“ Sic Euripides—λαὸς οἰκήτωρ
θεοῦ, Androm. 1092.”

21. Append. p. 632. “ Qui existimant Homerum dialectos pro re et occasione immiscuisse, non cogitant, quod tamen verum esse videtur, dialectos nihil aliud esse nisi unius et ejusdem linguæ mutationes inter progrediendum a rudibus suis principiis ad elegantiam factas. Græcam linguam antiquissimam putem a vetere Æolica haud ita diversam fuisse; et linguam Græciæ, florente Æolica, ut postea vocabatur, nondum illo dialectorum discrimine insignitam; itaque nondum nomina Αἰολίδος, Ιαῶος, Αἰθιδος, innovuisse; verum hasce dialectos ab antiquissima lingua, et deinde adeo ab Æolica, profectas et va-

riatas, tot esse mutationum et progressionis indicia, quot loquendi characteras constituent. In dialectorum progressionem quæque superior dialectus sequuntur principia continebat. Namque linguarum innovationes, quæ deinceps ita valerent, ut majores characteras sive dialectos facerent, non subito factæ sunt. Verum enim dum nova aliqua usu veniant, multa vetera nondum exolescunt: nec fieri potuit quin multa adeo necessitudinem haberent etiam in plurimis diversissimæ dialecti. Quot Æolicæ cum Ionica, quot Ionicæ cum vetere Attica sunt communia?” BURGESS. PR. XIX—XXI.; conf. Quintil. VIII, iii, 59, 60.

22. “ τὶ δὴ Ald. Kuster. et Junt. 1. τῶ δὴ Junt. 2.” R. P. et P. P. D.

TP. OWI. XO. Ναί μα Δι. TP. Αλλά τουτο γ εστ LECT.
ΙΩΝΙΚΟΝ

*Το ῥήμα γ²³. XO. Επιτηδες γ, ἰν εν τρηκκλησια

v

23. Dele istud ineptum γέ, et γε ex Iph. Aul. 1141. πάντ' οἶδα, corrige partim e codice RAN. και πεπύσμεθ' ἄν μέλλης με δρᾶν. partim e Reiskio; τὸ ῥῆμ'. XO. R. P.—ἂ σὺ μέλλεις με δρᾶν. 'Επιτηδές γ' ἰν', ἰὰν ἐν τῇ 'κκλη- Elmsleius in *Censur. Trimest.* σία, 'Ὡς χρη' πολεμεῖν ΔΕΓΗε τις, (Q. Rev. No. XIV. p. 458.) οἱ καθήμενοι—Voculae γε et τε Hec. 242. ΟΔ. Οἶδ' οὐ γὰρ ἄκραε utcumque *nigæ videantur, tamen καρδίας ἔψασέ μου.* 244. ΟΔ. seria ducent in mala, ubi fuerint Μεμνήμεθ' εἰς κίνδυνον ἐλθόντες neglectæ: Eur. Alcest. 662. ed. μέγαν. 1. De transitione a singu- Wakef. Κάγώ τ' ἂν ἔζων, χ' ἦδε λари ad pluralem vide Soph. Ant. τὸν λοιπὸν χρόνον,—sed Pierso- 1194, 5. Ph. 497—9. Eur. Hec. num ad Mæc. p. 149. versum ab 277, 8. Or. 910. Ph. 982. αὐτὸς Etymol. Mag. 413. l. 8. citatum, δ' ἐν ὠραίῳ γὰρ ἴσταμαι βίῳ. κάγώ γ' ἂν ἔζην, και σὺ τὸν λοι- ἔσταμεν "Flor. A. 10. 2. Vict." πὸν χρόνον pro illo incuria vendi- *Matthiæ* Iph. T. 78. Troad. 897. tantem W. secutus est, et ἔζην pro Aristoph. *Lys.* 516, 7. Herodot. ἔζων, *Piersono* suadente, tanquam VII, 203.: 2. et a plurali ad singu- rariorem formam prætulit; quod larem; R. P. ΡΕΡΕ. P. xli. Med. si aliis vocibus hodierno die nobis 222. Hipp. 79. Ar. Vesp. 565, 6. ferme peregrinis idem accidisset, Herodot. I, 195. 197. Plato. Pro- vocabula sermoni propiora fie- tag. p. 345. D. 5. οὐ γὰρ οὕτως rent sua vice prorsus incognita. ἀπαίδεντος ἦν Σιμωνίδης, ὥστε Versus scilicet apud Etymologum est 302. editionis Wakef., τούτους φάσαι ἐπαινεῖν, ὃς ἂν in quo γε suum locum occupat, ἐκὼν μηδὲν κακὸν ποιῆ. Vide *Heindorf.* ad Gorg. §. 75. Phædo. et in v. 662. τε apte inserta vim §. 17. Protag. §. 28. Ferrara hujus variatæ constructionis ex- claram retinet. Particulam hanc emplæ, sed ab hoc loco aliena, præclare restituit Sophocli Ant. attigit *Bentleius* in Præf. ad 456. Οὐ γάρ τι νῦν ΤΕ κάχθές,— Dissert. de Phalarid. P. lxxi. [Edinb. Rev. No. XIV. 306.] Virg. *Æn.* III, 83. Jungimus hos- corrigit etiam τοῦτο—φανῆ [Tr. pitio dextras, et tecta subimus. 251. Ζεὺς ὄτου πράκτωρ φανῆ.] *Templa dei saxo venerabatur structa* Adverss. 171. Furcillis expulit

(Ὡς χρῆν πολεμειν λεγει τις;) οἱ καθημενοι
Υπο του δεους λεγωσ ΙΩΝΙΚΩΣ, OWI.

Nimirum cum Chorus OWI (unde Latinorum ovīs) protulerit, objicit Trygæus vocem istam esse Ionicam: Chorus autem ita respondet, ut consulto joci solius causa eam a se usurpatam suggerat. Unde colligo Ionicum OWI homini Attico serio adhibere non licuisse. Alioqui enim objectioni a Trygæo allatæ nullus fuisset locus. Hæc autem de meis tam ingenue dicta (neque enim eorum quidquam ab alio quovis objectum cognovi) facient opinor ut quotiescunque a viris eruditissimis dissentiam, atque eorum itidem (verbo absit invidia) errores coarguam; id non jam de eorum

vetusto; veneramur R. B. Personarum etiam mutationem nunquam librariis imputandam censeo; Demosth. adv. Euerg. et Mnesib. p. 1150. Reisk. = 1255. Bekker. εἴνευ γὰρ ἡ θύρα ἀνεφωγμένη, ὡς ἦλθεν ὁ Θεόφημος, καὶ ἔτι ἡμελλεν εἰσιέναι καὶ ἐπεπύσμην αὐτὸν ὅτι οὐκ εἶη γεγαμηκώς. εἰσίοντος δὲ μου—lege et distingue,—καὶ ἔτι ἡμελλον εἰσιέναι, καὶ ἐπεπύσμην—. In Œd. Col. 1634. lege, τελεῖν δ' ὅσ' ἂν Μέλλης φρονεῖν εὖ ἐνμύροντ' αὐταῖς αἰεὶ. 1773. ὀράσω καὶ τάδε, καὶ πάνθ' ὅπως ἂν Μέλλω πράσσειν—Æschyl. Agam. 983. μέλοι δὲ τοι σοὶ τῶν περ ἂν μέλλης τελεῖν. Tr. 285. χωροῦσι [ἤκουσι R. P. ad Or. 1645.] πρὸς σε ταυ-

τα γὰρ πόσις θ' ὁ σὸς Ἐφεῖτ', ἐγὼ δὲ, πιστὸς ὦν κείνῳ, τελεῶ. τε MS. Harl. Or. 73. κασίγνητός θ' ὁ σός. R. P.; vide Markland. ad Suppl. 1181 = 1191. Il. E. 878. Σοὶ τ' ἐπιπέιθονται, καὶ δεδμήμεσθα Φέκαστος. Σοὶ γ' MS. Harl. Soph. Œd. Col. 1109. Δυσμόρου γε δύσμορα optime ΤΥΡΩΗΠΤΥΣ, quem tacite sequitur Brunckius. Vide R. P. ad Aj. 1087=1068. Ut vero "hujus effectus perceptio ex usu diuturno Græci sermonis, ex diligenti lectione, ex attenta meditatione pendeat," e cathedra sedulo nos monuit summus Prælector. — Xenoph. Hellen. p. 263. l. 37. εἰάν μὴ ἀφῶσι τὴν ἐκκλησίαν,—Lege, τὴν κλήσιν.

laudibus derogandi, sed veræ eruditionis excolendæ studio unice fieri videatur. LECT.

At quidni *Metaphrasin* pro accuratiori quam hodie præ te fers linguæ præstantissimæ cognitione refingendam in te recipias? *Reciperem sane, ni otium, quo non ita abunde utor, in emaculandis veterum poetarum operibus magis e re literaria mihi viderer conlocaturus. Immo recepturum me polliceor, si eruditorum gentem mecum non itidem sentire intellexero. Sciendum est utique, si cujus forte id scire intersit, poetarum me Atticorum, uti et Homeri Pindarique editionem moliri; ab Aristophane, cujus unius in scriptis loca ut minimum bis *mille emendaturus mihi videor, brevi exorsurum.* vi *Ea autem in provincia administranda quid tandem a me fas sit expectare, τειρησιω utentur eruditi subjectis studiorum meorum primitiis. Nostras porro qualescunque curas alia itidem emendationum supellectile quam suppeditarunt cum viri doctissimi tum præcipue Scaliger alter, lucidissimum illud cæli literarii decus²⁴; pro judicii certe nostri modulo exornandas curabimus.*

Expectabunt fortasse nonnulli, ut Miscellaneorum Criticorum auctor ipsam Critices virtutem contra convitia a quibusdam hominibus jactari solita defensum eam. Ii vero mihi ignoscant velim, si otium forte meum pluris æstimem, quam quod istiusmodi homini-

24. *Hor. Carm. Sæc. 2.* Hujus etiam posterî, ut te et τὸν πάνυ emendationes calci ed. Lugd. *Spanhemium*, geminos hujus ævi Bat. 1624. subjectas reperiet Dioscuros, lucida Literarum lector. "Sciunt enim omnes, sidera, semper prædicaverim, qui me norunt; et, si vitam mihi semper veneratus sim." *Grævio Deus O. M. prorogaverit, scient BENTLEIUS, p. 98.*

DAW-
ESIUS

bus, præsertim cum Latine scribam, impendendum censeam. Immo pergant festiva capita, ingenii quo destituuntur loco, frontis qua egregie pollent perfrictæ ope niti; pergant quas beata stoliditatis, malignitatis, atque invidiæ conjuratio abunde suggerit ineptias apud imperitos suique adeo similes deblaterare: pergant literarum humaniorum contemptum præ se ferendo ignorantia suæ velum obtendere conari: pergant divinam quam vocat præstantissimus Casaubonus Criticen²⁵, quibus solis possunt, convitiis cohonestare. Cum vero noster qualis qualis libellus in emendationibus potissimum versetur, ipsi emendatoris provinciæ, quam infra primum quem in arte critica locum obtinere debet, ab eruditis *quibusdam deprimi video; honorem suum atque ordinem vindicare aggrediar. Nempe in critica palæstra palmarium esse volunt scripta supposititia a genuinis dignoscere, primasque adeo non jam emendationum scriptori, sed antisophistæ²⁶ deferunt. Verum enim-

25. "Isti sunt, partim Democriti populares et Arcades βαλανηφάγοι, partim vitiligatores literas perverse docti, divinæ Critices (legitimam intelligo, non istam volvivagam, et, ut loquitur Tertullianus, passivam) hostes et contemptores; quorum fatuitatem aut κακότητιαν tot locis magnus Galenus tam acriter est insectatus." CASAUBONUS *ad Lectorem Athenæi*. "Ipse quoque Casaubonus aliquando commentarii de Critica et Criticis spem

fecit, aliis deinde laboribus interceptam. Vide ep. ejus 211. et 266. et Mericum Casaub. in pietate adversus paterni nominis hostes. p. 161." *Casauboniana*, p. 249.

26. "Fuit olim præcipua provincia criticorum, qua imprimis se commendabant, ut non tantum de omni genere scriptorum judicarent, variasque monstrarent virtutes et vitia, sed etiam unumquodque eorum proprio auctori assignarent." BENTLEIUS in dis-

vero satis festinanter ac temere hoc fieri videtur. **LEGT.**
 Quippe ad antisophistæ provinciam exornandam nil
 quidquam requiritur, nisi quod emendatori perinde
 sit necessarium. At quæ in hujus munere præcipuam
 partem constituunt, illi sine incommodo deesse pote-
 runt. Quid enim? Unam locorum classem adversus
 germanicam loquendi normam; alteram adversus inde-
 bitatæ historiæ fidem peccare; tertiam auctorem
 suam recte ratiocinandi imperitum arguere; quartam
 denique, si in pseudo-poetæ scriptis verseris, legibus
 prosoediacis adversari extra omnem controversiæ
 aleam posuisti. *Euge! Antisophistæ manus laute*

sertatione immortalis de Phala-
 ride, p. 9 = p. 4. *Lenep.* Et si
 fortunas suas, qui loca depravata
 tam nullo molimine expediat,
 merito ac jure laudat; quicun-
 que tamen censendi judicandique
 munus ita sustinet, ut vera a
 falsis et supposititiis discernat,
 fraudes suis vestigiis odoretur et
 demonstret, illum πολλῆς κείρας
 τελευταῖον ἐπιγέννημα attigisse
 prædicant eruditi; et qui illam
BENTLEII ἀγχινοίαν hac in pa-
 læstra imitari certatim contem-
 dunt, omnes eandem assequi des-
 perant. Verba autem, quibus ad
 deterendas summi Critici laudes
 abutitur *Davesius*, acerrimæ in
 Aristarchum nostrum et inimi-
 citiis incensæ contentioni jure
 tribuamus; et *Ruhnkenio*, qui
 in Græciæ Latiique monumentis
 habitare solebat, mitem aurem

accommodemus; "Omne critici
 officium tribus partibus absolvi
 constat, vel obscuris illustrandis,
 vel corrigendis pravis, vel sin-
 ceris ab adulterinis discernendis.
 Ultimum munus ut nobilissimum,
 ita difficillimum semper existi-
 matum est; quo nemo fungi cum
 aliqua laude possit, nisi acerrimam,
 quam a natura nactus sit,
 judicandi facultatem assidua ve-
 terum Auctorum lectione sub-
 egerit." *Ep. Cr.* 1, p. 4. Recte
 quoque *Schraderus*, quem hæc
 ipsa ars nobilitavit, eandem Cri-
 tices partem unam esse omnium
 difficillimam pronunciavit. "Nam
 cum tota constet ex variis studiis
 et artibus, in quibus singulis ex-
 cellere difficile est, tum in hac
 præsertim sagacitas, et quædam
 divinatio, nec mediocris prudentia
 requiruntur." *Emendat.* p. 200.

DAW-
ESIUS
— *administrasti: nisi forte quis usque adeo incommodus
atque importunus reperiatur, ut aliqua insuper τεκμη-
ρια poscat, quibus sophistarum et librariorum, ut cri-
ticorum mittam, flagitia internosci possint. At enim
quam arduum insuper restet emendatori opus, mille
argumentorum instar esse poterunt inconditæ erudi-
torum complurium conjecturæ, quos tamen ipsi vitio-
rum indoli commonstrandæ pares fuisse constet.
Unum Kusterum in Notis ad Aristophanem videre
est metrum claudicans centies crepantem, cum tamen
viii tot locorum ne * in uno quidem Viro Cl. conjectura
feliciter cesserit. Ut de hac provincia non immerito
quis hodie dixerit, quod olim de κωμφοδοδιδασκαλιᾷ
Aristophanes*

— είναι χαλεπωτατον εργον ἀπαντων
Πολλων γαρ δε πειρασαντων αυτην ολιγοις χαρισασθαι, ²⁷

27. Equit. 513. Vide R. P. sequar; ut sibi quisvis Speret
apud P. P. D. ad l. Herodot. I, idem; sudet multum, frustra que
9. μή φοβεῦ μήτε ἐμὲ, ὡς σίῳ πει- labore Ausus idem. Similiter
ρώμενος λέγω λόγον τόνδε. Æn. "Lucian. in Πῶς δεῖ ἱστορίαν
IV, 533. rursusne procos inrisa συγγράφειν [II, 13.]. Καὶ τοί-
prios Experiar? Sprat. Hist. νη ἡ ἱστορία, εἰ μὲν ἄλλως τὸ
Soc. Reg. p. 124. Whoever will τερπνὸν παρεμπορεύσαιτο, πολ-
make a right and fortunate court- λούς ἂν τοὺς ἐργάτας ἐπισπάσαι-
ship to Nature, he cannot enter- το. MSS. ἐραστάς." R. B., qui
prise, or attempt too much. Iso- alicubi apud Scholiasten Aristo-
crates in Panathen. II, p. 182. ed. phanis ἐραστάς pro ἐργάτας re-
Battie. ἀλλὰ, ὡς ἀπαντες μὲν posuit. VALCK. ad Ph. 1637. "In
ἂν ἐλπίσειαν, ἢ βουληθεῖεν, οὐ- hac etiam arte (critica) nihil
δεῖς δ' ἂν ὀνηθεῖη ῥαδίως, πλὴν-
των ποιεῖν ἰθελόντων, καὶ σφόδρα-
προσεχόντων τὸν νοῦν. Hor. A. P. quam difficiliter, quam id, quod se dic-
240. Ex noto fictum carmen- tuos fuisse omnes putant, post-
quam audierunt." Drydenus nos-
tras (in his ded. pr. to Juvenal,

esse rem omnium difficillimam : quippe quam multi LECT.
 cum jam ambierint, paucis tamen gratificatam esse. —
*Et criticorum profecto hoc nomine infelicitum, serio
 mihi sum gratulaturus, si numerum jam satis super-
 que amplum non adauxisse me cognovero.*

P. XIV.);—when you have fi- cannot but acknowledge, that it is
 nish'd all, and it appears in its the Perfect Work of Art and Na-
 full Lustre, when the Diamond is ture : and every one will be so
 not only found, but the roughness vain, to think he himself could
 smooth'd, when it is cut into a have perform'd the like, till he
 Form, and set in Gold, then we attempts it.

CORRIGENDA.

- P. xiii*. l. penult. corrige, Apud nostrates, et P. xiv*. l. 2. lege,
 enititur, sunt-quos
 P. xx*. Ordina sic ; Ed. Kuster. et Ed. Basil.
 146. &c. P. 267. l. 12. &c.
 P. xxvii*. l. 20. deferuntur.
 P. xxix*. col. 2. l. 21. corrige, ἀλλ'
 P. xxxv*. l. 5. corrige, præeunti

SECTIONUM TITULI.

- I. EMENDATIONES selectæ in Terentianum Maurum, p. 1.
 - II. Oxoniensium Pindari editorum desideratæ ἀκριβείας specimen, p. 33 = 62.
 - III. Vera sermonis Græci enunciatio. Futurorum Atticorum ab Ionicis variantium analogia et consilium. Diversus modorum subjunctivi et optativi usus. Errores a nupero Callimachi editore in syllabica quarundam vocum quantitate admissi. Emendationes in Callimachum, p. 69 = 109.
 - IV. Consonantis sive adspirationis VAU, prout in sermone Homérico obtinebat, virtutis cum prosoediacæ tum analogicæ specimen, p. 110 = 177.
 - V. Ictuum sive accentuum ratio a poetis Atticis servata. Emendationes selectæ in singulas Aristophanis fabulas. Emendantur in transcursu Euripides, Sophocles, Æschylus, p. 188 = 353.
- APPENDIX, p. 617.

SECTIO I.

Emendationes selectæ in Terentianum Maurum.

TERENTIANO usu venisse comperimus, ut fortunam ^{SECT.}
Hesychianæ quam maxime gemellam fuerit ex- ^{1.}
pertus¹. Tantum non adeo totus uterque intercudit,
ut unicum utriusque exemplar aliquando superfuerit.
Neque igitur mirari subest illius perinde atque hujus
reliquias mendis haud levibus scaterere. Quod si in
Hesychio longe major quam pro majori etiam mole
locorum corruptorum numerus conspiciatur, id vero
exinde contigisse censendum est, quod a multis jam
sæculis sermonis Romani longe majore quam Græci
peritia usi sint non solum librarii sed et humaniores
plerique omnes. Fecit quidem eruditorum cura ut
in Hesychio ingens mendorum cumulus partem haud
exiguam decreverit: fecit itidem ut Terentianus
haud paulo emaculatiores evaserit. Sed necdum tamen
perfectit, quin restet adhuc in utroque satis superque
ampla materies, in qua se exercere possit Criticorum
genti quicquid est ingenii. Eos ad utramque Spartam
adornandam * studiorum suorum aliquantulum certe
conlaturus speramus. Interim vero libet et nobis, 2
qualicumque successu in re critica versatis, eorum

1. *Hesychii* Codex unicus adhuc superest in Bibliotheca Marciana Venetiis adservatus, ad quem summa cum religione, ut mihi quidem videtur, editionem Albertinam exegit, veteris scripturæ quantumvis perversæ vestigia bona fide eruit, et curas suas

magno literarum emolumento in lucem protulit *N. Schovius, Lipsiæ* 1792. Utinam quispiam hodie rem litterariam locupletaret isto Mauri codice olim Bobii in Cœnobio, ex quo affluxit Editio prima.

SECT. quæ in Terentiano haud plane pœnitenda videmur
 I. occupasse, partem hic aliquam secernendam curare.
 Edit. Sanctand. 1584. 2 pag. 16. l. 9. [= v. 282. ed.
 L. Santenii.]

Addita styli sublevaret siccioris tædium]

Circumfertur hæc linea plane ἀμερὸς versus trochaici loco. Quicquid autem vitii hic deprehenditur, imperitam industriam sapit. Nempe a Terentiani manu profectum est,

Addita styli levaret 3 siccioris tædium :

corrector autem nescio quis, ultimam vocis *addita* hoc pacto produci ægre ferens, verbo *levaret* infausta manu voculam *sub* præfecit, eo scilicet consilio ut pes secundus anapæstus evaderet; nescius interim pedem illum revera, juxta regulam ab ipso Terentiano traditam, hac mutatione creticum effici. Is utique de elemento ἀρκτικῷ S agens pag. 42. l. 15. [= 1058.] hæc habet :

- Quæ sibi tres tantum poterit subjungere mutas,
 Si quando scutum, spumas, vel stamina dico,*
 [1060] *Hæc sola efficiet nudo ut remanente trochæo
 Spondeum geminæ possint firmare sonoræ.*
 3 **Exemplis an prava sequar, vel recta, probabo:
 Quisque scire cupit, vel quisque scribere curat :
 Ante stare decet quum dico et separo verbum :*
 [1065] *Ante Stesichorum vatem natura creavit :
 Ultima vocalis remanens in fine trochæi
 Excipitur geminis quis proximus exoritur pes ;
 Quæ, quanquam capite alterius verbi teneantur,
 Sufficiant retro vires et tempus oportet.*

Deinde lin. ult. [=1073, 4.]

*Incipe si dicas et scire aut scribere jungas
 Creticus efficitur —*

2. EDITIO HIERONYNI COMMENTARII, R. B.
 3. *levaret* Aldi Manutii Inst.

Grammat. p. 336. ed. Steph. et in exemplari suo R. B.

Eandem etiam rem pluribus exemplis illustrat, p. 44. SECT.
 [= 1104, —] Ex quibus abunde constat emenda- 1.
 tionis nostræ veritas. Cæterum hanc Terentiani re-
 gulam, cui etiam succinit Victorinus, in celebrioribus
 quibusque temporum recentiorum poematis solem-
 niter neglectam videre est, uti in istis :

⁴ *Læta nunc magnas habitare stellas :*

⁵ *Dissimulat variatque scenam :*

⁶ *Catã spissos super imbres equitare :*

⁷ *Regasque sceptro sempiternum ferro :*

⁸ *Alter frugibus horrea stipat.*

Quod ne malum latius serpat, ludorum magistris ca-
 nonem modo traditum discipulis inculcandum sedulo
 commendo. Vix enim quisquam nunc * dierum est, 4
 quin istud quod pag. 44. [= 1122.] damnat Teren-
 tianus,

Ante supinatas Aquiloni ostendere strages,

versum probe heroicum existimet. Hinc etiam mo-
 nendi veniunt futuri Poetarum Latinorum editores,
 ut siqua forte adversus hanc veterum magistrorum
 regulam peccantia deprehenderit, emendanda pro
 modulo certe suo curent. Verbi gratia, qui veteres
 magistros satis audiet, illud Ovidii Metam. I. 38. sic
 deinceps refingendum statuet :

Addit et fontes, immensa et stagna, lacusque. ⁹

4. Casimir. Carm. 1. xviii. 6.

5. *Ibid.* II. xvi. 72.

6. *Ibid.* xxviii. 5.

7. Buchananani Ps. ii. 18.

8. *Ibid.* iv. 30.—*stipet* edd.

9. "Aut etiam, immensa stag-
 na," R. D. Curæ sec. et stagna
 immensa, MSS. Bodleian. unus
 Cantab., et editiones veteres,
 Parm. 1489. Venet. 1493. Paris.
 1496. Venet. 1498. Ald. 1504.
 Ven. 1513.—"Consultus vero a
 me vir doctissimus, THOMAS TYR-

WHITT, per literas libere et amicus-
 sime, ut solet, respondit 'copulam
 ad soni numerique integritatem re-
 quiri.' Ad hæc vero subdit, quod
 memoria omnium, qui hæc sacra
 tractant, omnino dignum est:
 scilicet, 'non opus esse ad genera-
 lem aliquam metri aut gramma-
 ticæ regulam stabilendam, ut con-
 vincatur, neminem poetam præ-
 properum aut incuriosum contra
 eam unquam peccasse.' Alterum
 deinde exemplum ex eodem Ovi-

SECT. Ubi vulgo perperam habetur *immensaquē stagna*.
 I. Noli tamen hanc ἀκριβείαν in Comitorum fabulis expectare. Nec vero mirari subest eam minus integram servari in illis Horatii scriptis, quæ *sermoni propiora*¹⁰ ipse est professus. Illud porro monendum est hanc ἀκριβείαν, quæ apud Græcos perpetua est, apud Latinos non nisi post Lucretii tempora obtinuisse. Virgiliani illius, Ponitè: spes *sibi quisque*, peculiarem rationem exposuit Victorinus, pag. 95. Ibi tamen forte legendum:

*Ponite: quisque sibi spes, sed quam angusta videtis.*¹¹

dio addidit, Pont. II. 4. 6. *Ante meos oculos tua stat, tua semper imago est.* Burgessius. Pene excidit monere *Numerosaque stagna* admittere cultissimum *Santenium* ad Hieron. Balbum, p. . . . De Ovidii versu e Met. quam rotunda sit lectio codicum Moreti, Medicæi, et unius Heinsii secundum Burmannum, non disputo; sed aio retinendam esse vulgaram lectionem vetustis editionibus, (nempe Parm. 1489. Ven. 1493, 1498. Paris. 1496. Ald. 1504. Ven. 1513.) ante Heinsii tempora innixam et firmatam. In altero ex Ponto, *præsto est tua* edd. Parm. 1489. Ven. 1498. Ald. 1533.; oculos *restat tua semper imago*, mihi haud displiceret, nisi *adstat* dudum restitisset R. BENTLEIUS. Virg. Buc. VII. 31. *levi de marmore tota Punico stabis suras evincta cothurno.* Geo. III. 34. *Stabunt et Parii lapides spirantia signa,*—in Lucretio II. 24. mallet, *Si non aurea STANT juvenum simulacra per ædes*, Odyss. H. 100. Χρῆσσι οἱ δ' ἄρα κούροι ἐὺδμήτων ἐπιβωμῶν Ἔστασαν. Sed non idem jus sua ætate Virgilio, quod olim Lucretio monuit Dawesius.

Sen. Thyest. 744. *Exhorruistis? hactenus sistat nefas, Pius est. si stat sagacissime restituit N. Heins. ad Sil. Ital. II. 639. tu stas*—Edinb. Rev. No. XXXV. 388.

10. Serm. I. IV. 42.

11. *“ sic scriptum puta: Virgiliano quidem in isto Æn. XI. 309. Ponite: spes sibi quisque; sed hæc quam angusta videtis, docet Victorinus pag. 95. primum pedem non esse creticum duabus de causis: primo utique quod pars orationis compleatur cum pede; deinde quod sequens vocabulum spes alium inchoet sensum. Atqui utrumque nihili plane esse argumento est alter ejusdem Poetæ locus Æn. IX. 37. Ferte citi ferrum; date telâ: scandite muros. Ibi utique pars orationis tela non minus quam in altero Ponite compleitur cum pede; et quod subsequitur scandite alium inchoat sensum; utrumque tamen neutiquam facit ut tela non jam spondeum sed trochæum constituat. Accedit quod priori commento adversentur etiam exempla ex Terentio [1063.] laudata: quisquē scire, quisquē scribere &c. Hodie autem fecerunt αὶ δευτεραὶ φρονιτιδὲς [Eurip.*

Hippol. 438. Monk. et alibi] ut nullus dubitem quin sic scripserit Virgilius: Spem si quam accitis Ætolum habuistis in armis, Ponite.

Cætera qua rerum &c.

Versus autem complendi consilium ab imperito nescio quo susceptum reliquis istis spes sibi quisque &c. ortum dedisse? Quid enim? Unicamne obsecro spem sibi quemque fuisse dicendum est, an vero aliquam tantum? Atqui hoc ineptum est, illud falsum. Porro, ut vere dici posset unicam sibi quemque spem fuisse, neque ullam ex toto sociorum numero oriri potuisse: quantæ futilitatis esset tam serio monere istiusmodi spem esse angustam!" R.D. Add. et Corr.] Sic exemplaria, a quibus temere mihi videtur recessisse Harlesius: omnino dederit mallet; quod certe ad optimorum Latinorum rationem maxime accedit; dedisset non displiceret; ferri certe potest, et sic fortasse Dawesius scripsit. Eadem chorda oberravit librarius Codicis Mediolan. qui Scholiastam veterem ex Cic. Orat. pro Plancio ita citantem exhibet p. 112.; Admonescisti etiam quod in Creta fuisse, dictum aliquod in petitione tum dici potuisse. et Schol. ipsum eadem macula inpersit, p. 101.; quas ideo vel maxime ænatus edi voluisse. Locum utrumque resarcit doctissimus Editor. In dedisse ego mendum non agnosco. Transit R. D. a subjunctivo cum quin ad infinitivum; et maxime probati auctores modos diversos data opera permiscere videntur: Liv. xxxix. 14. "Consules ædilibus curulibus imperarunt, ut sacer-

dotes ejus sacri omnes conqui-
rere, comprehensosque libero
conclavi ad quætionem serva-
rent, ædiles plebis videre, ne qua
sacra in aperto fierent." Vide
Drakenborch. ad l. et ad xli.
24. R. B. ad Ter. Andr. iv. v. 2.
Oudendorp. ad Cæsar. de B. G.
ii. 5. Ruhnken. ad Rut. Lup.
p. 95. et in Ep. Cr. I. p. 58. Ab
infinitivo ad optativum transit
Homerus Od. P. 354, 5. ab in-
finitivo ad imperativum Aristo-
phanes Ach. 436—438. Si quid
R. D. humanitus acciderit, cum
Latii heroe Ernesto, qui veluti
leni placidoque flumine in scri-
bendo defluit, errorem erravit,
qui ad Callimachi Fr. x. dilu-
dice enotavit: "Quos [viros
eruditos] ridet J. Gronovius ad
Steph. Fr. de Dodone p. 33.
quod Latina verba non potuerint
e libro Græco Callimachi ducta
esse, quem probari non posse,
Latinam linguam cognitam ha-
buisse, aut in istis libris de ver-
bis tradidisse." Vide R. B. Mil-
lio, p. 62. Si R. D., nimis ex-
quisitum atque ingeniosum La-
tinæ scriptionis artificem, senti-
tiis cum molestia contortis ali-
quid aliquando minus Latine
scripsisse confitear, in hoc neque
linguæ Latinæ, nec R. D. salu-
tem sitam esse existimo: nam
"Lælio et Scipioni, Latine lo-
quentibus, aliqua aliquando non
Latina minus attentis excidere
potuerunt; quod M. Terentio
Varroni, ipsique adeo M. Tullio
Ciceroni contigisse non ignora-
mus." His igitur in rebus edi-
toris est verecunde et timide,
immo fidissime, agere: maneat
R. D. lectio inconcussa; et me
potius non idoneum existimato-
rem, quam R. D. Latini sermonis
et elegantiae minus gnarum præ-

SECT. dicem.—Quoniam vero licentiae
 I. hujus perditae amantes eam nimis
 mihi praefractae videntur defendere, rem arduam et periculosam
 plenam alicui timide aggrediar.

Littera τὸ σὰν seu σίγμα, quam postea Dores et Boeoti tantopere refugiebant, in prisca Hellade formam veterrimam e sinuoso serpentis volumine derivasse videtur; et paulatim in lineam aculeate tornatam, aut in curvaturam eodem styli ductu utrimque leniter deflexam, vergebat, prout materia, in qua exarata est, vel dura, ut marmor et lamina, vel mollis et cerea extitit. Eiusdem characteris figura, nescio quando, certe Euripidis aetate, molles aut tortiles capillos, ἐλικοβοστρήχους, imitabatur, ut e tertia littera nominis ΘΗΨΕΥΨ seu ΘΗΛΕΥΨ patet; Τρίτον δὲ βόστροχός τις ὡς εἰλεγμένους, quam R. P., teste amicissimo P. P. Dobræo, perite digito ab occipitio ad imam colli vertebrae sensim delabente illustravit. De virtute metrica retro acta, qua vocalis brevis ante σκ, σμ, σπ, στ, “syllabam brevem nunquam terminat, sed in eadem cum sequentibus consonis, quæ proinde longa evadet, effertur,” hisce temporibus nulli dubitamus. “Ante σκ,” inquit Heynius, “nec Homerus brevem servare dubitavit, ut ἐν λειμῶνι Σκαμανδρίῳ” ad Æn XL 309. Immo, docte Professor, ante σκ Homerus brevem semper producit, et Καμανδρίῳ exhibent MSS. olim TOWNLEIANUS, et duo Harleiani; conf. Theogon. 345. In initio nominum Σ aspirationi subinde morigerata fuit; nec injuria: καὶ γὰρ δὴ, ὃ Σώκρατες, τό, τε σίγμα τῶν ἀφώνων ἐστὶ, ψόφος τις μόνον, οἷον συρισ-

σοῦσης τῆς γλώσσης. Plato Theæt. 203. B. Hinc Σακκηνοὶ Ἀκκηνοὶ Σαλμυνησσοὶ Ἀλμυνησσοὶ Σανδράκοττος Ἀνδράκοττος Σαρδιαῖοι Ἀρδιαῖοι Σαλμαντικά Ἀλμαντικά sive Ἐλμαντικά Σέλλας Ἑλλάς Σεξίτανία Ἐξίτανία Σερμύλιοι Ἐρμύλιοι Σίλλος Ἴλλος Σίμυρα Ἴμυρα Συρίσκος Ὑρίσκος Ψοσπιδάτις Ὑσπιδάτις. etc. et in medio nominum; ut, Θεσιδίειον, πόλις Θεσσαλονίκης, Ἑλλάνικος δὲ δίχα τοῦ σ φησὶν, ἀπὸ Θείτου Steph. Byz.; et L. Holst. ad I. citat Suidam v. Θύστιον πόλις τῆς Αἰτωλίας, τινὲς ἀνευ τοῦ σ, ut dudum nos monuerunt Casaubonus, Berkelius et T. Hemsterh. Ennius in fragmento ex Hectoris Lystris, Constiti, credo, Scamander; arbores vento vacant. “Corrupte Nonius legit, vagant. Illum vide: nam Macrobius vi. 2. citat ex Satiris Ennii, Constitere amnes perennes; arbores vento vacant.” R. BENTLEIUS. Catullus LXIII. 357 = P. 53, 9. Scal. ed. alt. Testis erit magnis virtutibus unda Scamandri, — Lege, Kamandri—R. B. ad Lucret. v. 1348. Sil. Ital. xiv, 259. Mille Agathyrna dedit, perflataque Strongylos austris, ed. Bas. 1522. Trogilos MS. Bodl. Ed. Pr. Mediolanensis, N. Heinsio et Drakenborchio adstipulantibus: Strongylos citat Vossius. In Soph. Fr. xl. στρογγύλον apud Eustath. ad Il. p. 104, 49. et p. 769, 3. Bas. γογγύλων Lex. Sang. p. 361, 21. γογγύλον Athen. ii, 51. D. —Ovid. Met. vii. 440. Occidit ille Scinis magnis male viribus usus, Sinis MS. uno Cant., altero apud Zingerlingium, et Plutarcho in Thes. p. 4. C. [Pausan. ii. i. p. iii.] postulantibus. [male magnis viribus usus; MS. Cant.] Sed non credes fortasse illi Zingerlingio.

"*Utinam meliores nunquam Grammaticos haberemus, modo omnium paedagogulorum barbariam a nobis amoliri liceret.*" Sed age alium ἐχέγγυον tibi dabo. Xen. Memorab. II. I. 14. τοὺς γὰρ ἕτιους, ἐξ οὗ, ἔ, re Σίνις καὶ ὁ Σκίρων, καὶ ὁ Προκοπότης ἀπίθανον, οὐδεὶς ἴρι ἀδύξῃ. Conf. T. H. ad Lucian. I. 36. Valck. ad Hipp. 977. N. Heins. Advers. p. 281. Severus in Ætna; Sollicitum magna te circum, Tantale, parna, Sollicitantque mihi. "Nihil clarius hæc lectione. Tamen nuper mutarunt in Sollicitantque Scisim. Quod, malum, nos tantum inmutandi casothēs habet, ut quæ scimus, nescire velimus?" Scaliger ad I. p. 353=92. Met. IV, 280. Ambiguis fuerit modo vir, modo femina, Scython. Scython MS. Bodl. et K. B. conf. Amor. III. XII. 28. Hinc colligamus τοὺς τῆς Κάδμου τέχνης δημιουργοὺς parvam potestati τοῦ S fidem habentes, vel de pristina possessione migrare, aut, ne quid titubet, securam manere, jubent. Idem aliis vocibus accidit; "Gneus prænomen varia scriptura notatur; alii enim Neum, alii Gneum, alii Cneum scribunt." V. Probus apud Robortell. Emendat. I. xxx. GNAVUS. et NAVUS; hoc reposuisset R. B. Hor. Epist. I, VI. 20. si Flaccum suum quater recudisset; Ovid. Pont. I. X. 12. Det mihi formosa NAVA juventa manu; Trist. V. III. 37. Sic tibi cum Bacchis Satyrorum NAVA juventus. "Sic codex Petri Servii." N. Heins. Sil. Ital. V, 13. Laurigeris decus illud avis, NAVA que juventa Florebat—"ita vetustissimus Codex Coloniensis." Hæpss. Herc. Cæ. 567. In tempore ipso gnavus occurrit Lichas. novus Med. I. e. navus. "De gnavus quoque ob-

servandum est, quod tradunt SECT. Romani Grammatici, nempe Romanos litera G caruisse, usque dum annum U. C. 520. plus minus; de qua re vide Taylor. ad S. C. Marcianum, p. 557. atque adeo gnavus scriptum fuit CNAVUS, ut acna, leos, etc." Burgess. ad R. D. p. 429. In Col. Duil. ΛΕΓΙΟΝΕΣ. ΜΑΓΙΣΤΡΑΤΟΣ. ΨΥΧΑΝΔΟΝ. Conf. Festus in VV. Oream, Prodigis; Victorinus col. 2459; Oculnius Spanhem. de præst. numm. p. 102.; apud Parastam I. CΕΛΑ 2. ΓΕΛΑ 3. ΓΕΛ. 9. 18. CΕΛΑΞ II. ΚΑΛΕΩ 17. ΑΚΡΑC ΖΟΤΝΑ

In H. St. Lex. Latino-Gr. inveniantur Gras, Grassum, Sugubula (Sucula.) U. C. DCXVI. Spurius Carvilius G litteram cæteris inventam addidit; Plutarch. II. p. 277. D. Diomed. pp. 417, 18. Shaksperius in Joan. Tyr. A. V. Sc. II. And grapple thes unto apagan shore—cripple Edd. vet. neque abest suspicio quin aliud hoc loco verbum usurpaverit poeta tragicus, quod homunculus periclitari nolo. Quidni statuamus Latii nepotes quandoque S in quibusdam vocabulis sine suo contubernali enunciassent? Vide SALMAS. Plin. Exercit. pp. 40. b. 733. a. B. et de Homonymis p. 9. a. I. Voss. ad Melam p. 26. ad Catull. p. 321. et in Epist. quam Grævius in Addend. ad Hesiod. pp. 136, 7. inseruit. T. H. ad Lucian. T. I. p. 94. ad Hesych. V. μῦδοιζ. Valck. in Ep. ad Hebr. I, 13. Piers. ad Moer. pp. 311, 12. (Month. Rev. June, 1785. pp. 426—431.) Σκίλλα: κίλλα Philemon Lex. p. 39. T. H. ad Plut. p. 244. Sed hoc nūl moror. Ciris, 130. Nec fuerat;

SECT. nisi Scylla novo concepta furore.

I. In proclivi est ni; Geo. i. 177.

— Ni *refugis*, — Sed vix dubitat Schraderus, “quin, Culice jam scripto, carmen illud, primis annis exorsum, in Epicuri horto detexuerit, antequam componeret Eclogas.” Ad *Martian. Minuc. Capell.* p. 205., Grotius bellissime citat — *κραταιὴν μητέρα σκύλλης* [Odyss. M, 125.], et eodem loco Cod. MS. a R. B. inspectus, “*quæ Scyllæ mater*” — habet. Propert. xvii. 21. *Tuque o Minoa venumdata, Scylla, figura, Tondens purpuream, regna paterna, comam.* Sic in versu priori unus MS. *Harl. Scilla* alter, *Sylla* tertius et ed. 1472., *Minooa* — *Sylla* quartus; Met. viii. 53. *Fassaque me flammisque meas, qua dote, rogarem, Vellet emi.* Reliquis conjecturis accedat mea, *venalis, Scylla, sagitta, Tondes purpuream* — *Ciris*, 131. *Scylla patris miseri patriæque inventa sepulcrum, O nimium cupidis Minoi inhiasset ocellis.* Æschyl. P. V. 649. Ζεὺς γὰρ ἰμέρον βέλει Πρὸς σοῦ τέθαλπται, Agam. 743. μαλθακὸν ὀμμάτων βέλος, Suppl. 1001. πᾶς τις παρελθὼν ὀμματος θελεκτήριον Τόξεν μ' ἔπεμψεν, Xen. Mem. i. iii. 13. οὐκ οἶσθ' ὅτι τοῦτο τὸ θηρίον, ὃ καλοῦσι καλὸν καὶ ὠραῖον, τοσοῦτῳ δεινότερόν ἐστι τῶν φαλαγγίων, ὅσῳ ἐκείνα μὲν ἀψάμενα, τοῦτο δὲ οὐδ' ἀπόμονον, εἴαν τις αὐτὸ θεᾶται, ἐνίησι καὶ πάνν πόρρωθεν τοσοῦτον [βέλος] ὥστε μαινέσθαι ποιεῖν ἴσως δὲ καὶ οἱ ἔρωτες τοξόται διὰ τοῦτο καλοῦνται, ὅτι καὶ πόρρωθεν οἱ καλοὶ τιτρώσκουσι. Vide Toup. ad Suid. ii. 568, 9.; “nec dubito” (ut Marklandi verbis utar) “quin Propertius, qui Græcus est poëta, potius quam Latinus, ad eorum

normam, data occasione, ita locutus fuisset.” Tota vero elegia ex membris disiectis componi videtur, et Propertio parum digna. ix, 59 = p. 228. *Nunc ubi Scipiadæ classes? ubi signa Camilli? Aut modo Pompei Bosphora capta manu? Scipiade* — u (sic) unus MS. Harl., *Scipiade* duo alii, *Scipiadæ* quartus et ed. 1472. Versus duo 68. subjectos huc revocarunt docti editores. Transpone, *Scipiadæ*, heu! *ubi nunc classes?* Sil. Ital. vii. 106. En, ubi nunc Gracchi, atque ubi nunc duo fulmina belli Scipiadæ? Conf. Ovid. Heroid. iv, 150. xii, 103. Petron. Satyr. cxv. p. 534.

Nunc ad alia pergamus. Hesiod. 589 = 550. Br. εἴη πετραίη τε σκυῖ καὶ βίβλινος οἶνος Cod. Gal. apud Gaisford τε omittit; anne legendum κηῖ pro σκυῖ an εἴη πέτρη τε σκυερῆ, ut vir eruditissimus coniecit (*M. Rev. June, 1785. p. 428.*). Hesiodi Fragm. xvii. Αἰθιοπας τε Λιγυστί δὲ, Σκύθας ἰππημολγούς. Corrigit Heynius ad II. N, 6. Αἰθιοπες, Λιβύνης τ', ἠδὲ Σκύθαι ἰππημολγοί. Mallet, Λιβύνης τε, Fide Σκ. *Simonides* περὶ γυναικῶν apud Stob. p. 43. Τὴν δ' ἔκ τε σποδιῆς καὶ παλιντριβέος ὄνου — τὴν δ' ἔκ σποδιῆς τε καὶ corrigat Br. ad Gn. poet. Gr. p. 312. Postea τὴν δ' ἔκ τε φρῆς τε καὶ — reponere vult ad *Soph. Col.* 371.

Pindarus βουωτιάζων τῇ φωνῇ — Σὰν κίβδαλον nuncupasse fertur: “et Lacones literam Σ inter duas vacales in aspiratam mutare solebant.” *Kæn.* ad Greg. p. 137.

De Æschylo vide Bentleii dissertationem de Pseudo-Phalaride,

p. 135. ad T. H. p. 96=298. et *Blomf. gl. ad Pers.* 68.

Soph. Tr. 291. ἀνασσα, νῦν σοὶ τέρψας ἱφρανῆς κυρεῖ. Τῶν μὲν, παρόντων τῶν δὲ, πεπυσμένη λόγῳ. Aldus; λόγων in margine Turnebi, πεπυσμένη in textu Brubrachii; hanc e curis posterioribus secundæ in textum tertie editionis infercit Brunckius. —τὰ δὲ π. Scaligero, Heathio, et Porsono arrisit: delere δὲ maluit M. Raper. Si loco satisfaceret emendatione, facile esset commodam lectionem præbere; τῶν μὲν παρόντες, τῶν πεπύσμεθ' ἐν λόγῳ. Choragus ait, partim rerum ab Hercule gestarum adstantes audivimus, partim fama accepimus. Sed abeat ejusmodi nugæ; totus versiculus spurius est: ut lætitiæ causam explicaret, in margine adscripsit festivum caput, τῶν μὲν παρόντων i. e., ut sibi visum est, Licha et captivis, quas miserat tanquam sui reditus pignus Hercules, præsentibus:—quod “nasutus quidam alterius versus initium esse ratus, senarium hunc qualemcunque edolavit.” El. 21, 2. ξυνάπτεται λόγοισιν ὡς ἐνταυθ' ἰμὲν, Ἴν' οὐκίτ' ὀκνεῖν καιρὸς, ἀλλ' ἔργων ἀκμή. Aldus, et edd.; ὑπάρχονεν, ἴσμεν MS. Dorv. ἴσμε (ν scalpello erasa) MS. Harl. “ἰμὲν pro ἴσμεν,” monet Dawesius, “ne Ionibus quidem, nedum Atheniensibus, uti permissum est.” Vox ἰμὲν, occurrit in fragmento Callimachi, cxciv. haud alibi facile reperiendum. Quis nescit hunc poetam, et discipulum ejus, Apollonium Rhodium, fuisse vetustatis amantissimos? In scolio vetusto apud Athen. xv. 695. Α. Εὐθὺν χρῆ τὸν ἐταῖρον ἴμεν καὶ

μὴ σκολιὰ φρονεῖν. sed hoc est SECT. I. item lite dirimere. Dawesii vero ἴμεν lubricæ fidei est. Scribendum, ὡς ἐνταυθα μὲν—docet M. Raper.; verbum autem desideramus; Aristoph. Pac. 204. εἴτ' ἐνταυθα μὲν, Ἴν' ἦσαν αὐτοὶ, τὸν πόλεμον κατόπισαν. Ne quis Toupium [ad Suid. i, 87=114. et R. P. ad l.] defensurus illud Sosipatri apud Athen. ix, 378. Α. arripiat, lege cum Casaubono, τρεῖς ἡμεῖς [μόνοι] Ἔσμεν sive mavis τρεῖς ἴσμεν [μόνον] Ἡμεῖς—Hotchkisius apud Gaisford. ad Hephæstion. p. 218., ὡς ἐνταυθ', ἵνα οὐκ ἴσταιν ὀκνεῖν καιρὸς, ἀλλ' ἔργων ἀκμή. Optime citavit Toupius Soph. Ph. 429.—Ὀδυσσεὺς δ' ἴσταιν αὐτὸν κἀνταυθ', ἵνα Χρῆν ἀντὶ τούτων αὐτὸν αὐδάσθαι νεκρόν et Euripidē in Sysipho, εἶναι δ' ἔφασκε τοὺς θεοὺς ἐνταυθ', ἵνα—conf. CEd. C. 503. 1545. Melius autem R. P. Opusc. p. 221. ὡς ἐνταυθ', ἵνα οὐ καιρὸς ὀκνεῖν, ἴσμεν—hac enim positione nulla mutatio fit, et syllaba finalis adeo in thesi latitat, ut celerī tragedi eloquio vix subaudiri queat. Aj. 1320. οὐ γὰρ κλύοντες ἴσμεν αἰσχίστους λόγους Æschyl. P. V. 796. τίς οὖν ὁ λύσων σ' ἴσταιν ἀκοντος Διὸς; Eur. Med. 885. ἀλλ' ἴσμεν οἶον ἴσμεν, οὐκ ἱρῶ κακόν. 1275. ὡς ἐγγύς ἦδη γ' ἴσμεν ἀρκίων ξίφους apud Stob. p. 590=477. Grot. Γέροντες οὐδὲν ἴσμεν ἄλλο, πλὴν ὄχλος.—De Sophoclis Fr. xl. vide R. P. Adverss. pp. 55. 216. Opusc. p. 212. In PRÆF. ad Mærin P. xlv. in Eur. Fr. apud Liban. digerendo leviter titubavit vir præstantissimus: transpone, ψυχῆς δὲ φθεῖρεις ὧδε γενναίαν φύσιν.

“Eur. Ion. 1198. Οἰνηρὰ σκεῖν

SECT. *σμικρά*—Tu vero reponere *Οἰνηρά*

I. *ΤΕΥΧΗ σμικρά*—Alterum enim est vulgi verbum, a Tragicis nunquam adhibitum; alterum vero probum et Euripidi familiare: Hec. 609. (613=607.) Androm. 167. Iph. Taur. 168. Cycl. 88. 208. 226. Ion. 146. 283. 1203. Electr. 140. 362. 499." R. P. Adverss. 270. *ἀγγεῖον* in textum secundæ editionis Hec., nescio quo casu, irrepit in tertia sublatum; est enim verbum Comicis usitatum. Eubulus apud Athen. ii. 36. D. *πολύς γὰρ εἰς τὸ μικρὸν ἀγγεῖον χυθεῖς*,—*Τεύχεα. σκεύη*. Hesychius. Eur. Ph. 790. *προσπόλοις δ' ἐμοῖς λέγω, Εκφέρετε τεύχη*,—sed *ἀπόφερε τὰ σκεύη* Aristoph. Pac. 287.; conf. Ach. 552. 887. 1056. 1067. Eupol. apud Polluc. X. §. 10. Xenoph. Anab. VI. pp. 459. 461. Ter. Andr. init. *Vos istæc intrò auferite*:—Thesm. 761. *δός μοι τὸ σφαγεῖον* "In schedis, Dele τό." R. P. apud P. P. D. et Ach. 1177. *περισφυρὸν* corrigit R. B. Antiphanis fr. apud Athen. iii. 112. D. a Koppiersio bene inchoatum, totum feliciter persanavit R. P. *πῶς γὰρ ἂν τις εὐγενὴς γεγώς Δύναιτ' ἂν ἐξελθεῖν ποτ' ἐκ τῆσδε στήγης*; vide Walpole Com. Gr. Fr. p. 12. Opusc. p. 178.

"Philodemi epigramma spurium esse docet Villoisonus apud *Chardon De la Rochette*, ii. 337." P. P. D. Vide An. Gr. ii, 85, ix. Toup. ad Suid. i, 238. "qui nulla de re disputat doctius" quam de hujusmodi quisquiliis; Foster. de Acc. et Quant. p. 234. ed. alt.; R. B. ad Horat. Serm. i. ii, 121. D. Heins. de Sat. Horat. pp. 136, 7. ed. 1612. Reiskius "carmen venustissimum," quod forte Gisb. Cuperus vafre com-

pilarat, e schedis La Crozii in lucem protulit.

Hæc hactenus. Nunc de Latinis agamus. Mesallæ Corvini liber de S litera, nisi jactura sane tristi atque acerba periisset, cetera persequendi necessitate me facile liberasset. De Comicis, qui subinde "in metra peccant, arte, non inscitia," Dawesius me plura loqui vetat. Illud porro monet "hanc *ακριβειαν* apud Latinos non nisi post Lucretii tempora obtinuisse." Unde in versibus infra positis, "excusanda omnia, non omnia tamen imitanda." iv, 477. 774. 850. v, 48. 80. vi, 195. 944. 1187. Istos idcirco enotavi, ut unum et alterum in Dawesium vulgo allatum e numero excindamus. ii, 805. *Inter curalium virides miscere smaragdos*. iv, 1122. *Scilicet; ut grandeis viridi cum luce smaragdî*. In priori, *Inter beryllum virides* R. B. apud Wakefield.; et *miscere pyropos*—inveni in margine exemplaris a me obiter inspecti: sed excessit medicina modum. Omnibus innotuit *maragdon* æque ac *smaragdon* seu *zmaragdon* poetis placere; si utraque forma pari jure uti poterint, certe eam prælaturi sunt, quæ metrum adjuvaret. Ovid. Met. ii, 24. *In solio Phæbus claris lucente maragdis*—sic MS. Cantab.; conf. Amor. ii. vi, 21. Tibull. i. i, 51. ii. iv, 27. Propert. ii. xiii, 43. Statii Theb. ii, 276. Herodot. i, 48. *ἐς Ἄβακ* pro *ἐς Σάβακ*—iv, 33. *τοὺς οὐρους* pro *τοὺς σούρους*. Et horum contraria; iv, 86. *τῆς Σινδίκης* pro *Ἰνδικῆς*. ix, 15. *ἐς Σκῶλον* pro *ἐς Κῶλον*. Diod. Sic. xiv, 32. *Θρασύβουλος ὁ Σπειριεὺς* pro *Θ. ὁ Τυριεὺς* reposuerunt eruditiss-

simi Editores; uti ad Eur. Bacch. 1098. *στόχον* pro τ' ὄχον et Aristoph. Av. 215. "L. *μίλακος* ex Ald. et Schol." R. P. apud P. P. D. quem conf. ad Nub. 1002. Dio Cassius, xi. p. 232. *Ταλύμενος* *Ειλακῆς*—quis novus hic hospes? quis fando audivit? Suspicio equidem auctorem dedisse, *Ταχὺ μὲν ὁ Σειλάκης*. *Σμέροῦς* quoque, ut *σμερῶς*, ex dialecti consuetudine apud Herodotum; *Μέρους* Æschyl. Pers. 773.; vide *Salmas.* Plin. Exercit. pp. 33. b. C. et 124. a. C., et T. H. ad Polluc. ix. §. 148. Suid. T. III, p. 76. *Πίος*. "Imo *σπίος*." Kuster: sed laterem lavat, si Schol. ad Aristoph. Equit. 1007. fidem tribuamus. Idem T. I, p. 869. *Ἐσκοῦδανδία*. "In Glossis Basilicorum legitur, *Σεσκοπόνδία*." Kuster: hoc est, *Sesquipondia*. Addere libet ex Lucretio non nolente Dawesio, I, 389, 90. *Confluat, haud poterit tamen uno tempore totum Completi spatium*; "Sc. (i. e. Scaliger) *completere*." R. B. VI, 697. *Ex hoc usque mare speluncæ montis ad altas Perveniunt subter fauces*:—Lucretius semel atque iterum jus suum tenuit, et dixit audacius; recentiores vero consuetudine prohibebantur.

"Dicet aliquis: Quid? tu contemnis *Virgilium*, *Flaccum*, et *Ovidium*, quos licentiæ locupletissimos habemus auctores? Ego vero poetas eximios non contemno; veruntamen exemplis, quæ prolata sunt, non moveor. Cur autem non movear, paucis docebo." In *Eclogis* Flaccus ad severas artis regulas versus suos exigere non curiose studebat; et venia, modica sane illa, quam Pisonum proavi Comici tenui oratione patienter ferebant, sibi

pudenter sumpta, illas propius ad SECT. consuetudinem accedentes ideo I. *Sermonum* nomine inscribere voluit. Serm. I. II, 30. quem citavit R. B. ad Manil. III, 364. Ibid. 71. III, 44. v, 35. x, 72. II, II, 22. *tu protenus, unde Divitias, ærisque ruam, dic, augur, accervos*.—*struam* restituit Schraderus Em. p. 72. "Quem locum viri docti profecto" addidissent, "si J. Schraderi verissimam correctionem cognitam habuissent." D. R. PÆF. ad Scheller. xiv. = 22. Æn. II, 498. *Fertur in arva furens cumulo*,—*ruens* R. B. Potestatem activam verbi *corruo* defendit Santenius ad Catull. El. in Manl. 52. Ibid. 36. III, 43. 296. At I. III, 140. *Ignoscent, si quid peccavero stultus, amici*; Editiones: *peccato* MS. Grævianus; sed alia manu ex *peccavero*; *peccaro* MSS. septem; *peccabo* MSS. quatuordecim, si fides Valartii, quam in MSS. collatione perspectam habeo: et "quid refert, a qua parte veniat, modo venerit, veritas? Eadem est Dea, sive a me vel Cruceo, sive ab Heinsio et Gronovio in lucem proferatur." Audi magnum Bentleium; "Hoc a priscis editionibus propagatum in omnibus hodie circumfertur. Perperam: neque enim O finale in verbis invenies correptum, apud ejus ævi scriptores; et adhuc durius est, ubi sequens vocabulum a duabus mutis consonantibus inchoatur." Epist. I. xv, 30. *Quælibet in quemvis opprobria fingere sævus* Edd.; N. Heinsius, antiquum obtinens, legendum suspicabatur *stringere*—Cuninghamius, *figere*; sed Latini sermonis consuetudine non probarunt: Schraderus Emen. p. 74. *fundere* restituit, et rationibus firmavit. Sed

SECT. non necesse est hanc licentiam
I. ultra terminos expandamus, et
quam *Flacco* usui obtemperanti
veniam concedimus, eandem ad
poetas, toto stylo et colore a
communi sermone discretos, ex-
tendamus.

Catullus XVII, 24. *Si pote stolidum repente excitare veterum—* recte emendavit *Victorius*, cum antea legeretur, *Si potest olidum*; *Muretus* ad l. f. 23. b. ed. 1554 = II, 743. XLI, 18 = p. 23. *Scal.* *Nec deprecor jam, si nefaria scripta—* LX, 53. *Ut apud nivem, et ferarum gelida stabula forem*—"noster liber liquido habet, *Ut apud (miser) ferarum—* quod retinemus;" *Scaliger* ad l.—LXIV, 32. *Brixia Chinzæ* supposita specula. xc, 4. In pede stans *fixo carmina ructat hians*. In veteribus membranis lacuna comparet. *Parthenius*, homo lepidus, pentametrum a se confictum *Catulli* versibus immiscuit; operæ pretium est audire ejus jocularium audaciam: "versum meum, hoc in loco, quousque suum poeta inveniet, mutuabo: imo etiam, si poetæ placuerit, benigne donabo." "Apæge ista officia, *Partheni*; non placent. Nemo, opinor, sanus bonos libros isto modo juvari velit. Ut in signis, ita in scriptis quoque veteribus, si quam labem importaverit vetustas, mutila potius ipsa nos, quam a recenti aliquo artifice interpolata, delectant." *Muretus* ad l. f. 126. b. = *Opp.* II, 862. *Conf. Scaliger.* de altero *Parthenii* somnio pp. 523 = 62.

"Ut incitata semel audacia non novit modum: multisque ut iterum peccare audeant, satis argumenti est semel peccasse." *VIRGILIUS*,

magnæ spes altera Romæ, hanc offensionem in versibus, haud operosus fugiebat; mirum profecto: in *Æn.* XI, 309. reconcinnavit improba manus, et ad hanc e conjectura licentiam stabilendam;—"Ponite: spes"—tandem testem idoneum advocavit *R. B.* ad *Manil.* III, 364. Codices manu exarati nihil succurrunt; *Ponite spes quisque* in textu, et sibi in margine exhibet *MS.* *Cantab.*; *Ponite s' quisque* (sic) codex alter *Cant.* *Martianus Minucius Capella* III, p. 56. l. 15. citat, *Ponite spes quisque suas—* ubi *spes* sibi præbet, et *suas* omittit probæ notæ *MS.* *Cantab.* *Dawesius* istum inficetum panniculum primus dissuit: sed laudem illo sublatam prudens sciensque *Burgessio V. C.* transtulit *Heynius*, *Dawesii* iniquissimus iudex. Nil mirum; *Correctiones*, utilissimas sane, quas raras suggererat *Vir præstantissimus* ad *Virgillum* *Londini* editum, delendas censebat *Germaniæ* decus in notis suis novissimis. "Sed aquila non captat muscas, et critici majorum gentium adeo rebus intenti, hærent aliquando, ut verba negligent." *Vide R. P. Opusc.* pp. 103, 4. Fuere tamen quibus hoc debile sensus supplementum valde arripserit; et "in hac sententia veteres semper ludunt cum acumine quodam." *Joannes Sarisburiensis*, qui tot veterum lacinias suis operibus intexuit, in *Policrat.* VI, XIV. "Est enim interdum una salus victis nullam sperare salutem, si non moriantur inulti." Sed sibi habeant hasce elegantias, modo, enixe rogo, ne adhibeant *Æn.* VII, 707. *Agmen agens Clausus*, magnique ipse agminis instar, *Ter. Phorm.* I, II, 89. in me omnis spes mihi est,—*Sallust.*

de B. Jug. mihi spes omnes in memet sitæ, quas necesse est et virtute, et innocentia tutari: nam alia infirma sunt. "each on himself rely'd, As only in his arm the moment lay Of victory." Milton. P. A. vi, 238—Nos duo turba sumus Ovid. Met. i. 355. Subjiciam ex oratione in Curia Britannica habita, quæ, credo, hoc membrum elangue et tanquam spiritu carens quodammodo suffulciant*. Nollem optimo Boissonado aliquid humanitus accidisset, qui ad Philostrat. Heroic. p. 38. ὀργῆς θεῶ ὀλίγα—illustrat ex hoc loco—sed hæc quam angusta, videtis—qualecunque autem illud est, præclaris emendationibus redemit B. ad Philostrat. p. 662. et ad Athen. v. 219. A.; et, quod dolendum est, hæc durities L. Santenium defensorem habet ad Mureti Carmina, iv. P. xxx. et ad Hieron. Balb. . . . Quid si legamus, Ponite: opes sibi quisque—Nunquid vis? Corippus iii, 374. Cujus spe fruimur—ubi reposuit Withofius, Cujus ope fruimur—in Spec. Gunther. p. 134. Nostram omnium vitam, in quo nostra spes opesque omnes sitæ? habet Comicus Adelph. iii. ii, 33. Revera hunc versum ex v. 411. edolavit nescio quis, et ad explendam hanc Maronis lacunam omnino sex septemve versus desideramus. Æn. i. 174. Ac primum silice scintillam excudit Achates

—De Æn. iv, 136. non est quod dicam propter i, 496. ii, 40. 370. quamvis, Et nunc magna mei sub terras ibit imago iv, 654. ad defendendum speciem aliquam præbeat: vide Xenoph. Mem. ii. i, 22. Cyrop. v, initio; Odyss. O, 416. Σ, 194. 248. Υ, 70. Ad Æn. v, 143. (viii, 690.), properabo: Convolsum remis rostrisque tridentibus æquor. rostrisque stridentibus Virgilli codices duo Cantab., et unus penes Coll. Jesus Cant.; rostrisque tridentibus Priscianus f. ii. b. Ald. rostris stridentibus p. 562. ed. Putsch.; in Codice uno Cantab. quem inspexi, rostrisque stridentibus—in altero, rostris remisque str. in tertio versus abest. In iii. 561. primusque rudentem Contorsit lævas proram Palinurus ad undas. "Fortasse, tridentem, vid. Pierius ad v, 143." R. B.; et v. 208. Ferratasque trudes—pro vulgata sudes Idem vir summus; conf. Tacit. Annal. iii, xlv. i; trudes MS. Coll. Jes. Peto tantummodo ne Latinorum poetarum consuetudinem oppugnarent licentiæ hujus patroni cum illo, Priamæia sceptra, quæ e Æn. xvii, 252. R. B. ad Hor. Carm. iii. xvi, 51. aut scrupea spelunca ad Cic. Tusc. iv, xiv. sic citavit. viii, 424. Brontesque, Steropesque, et nudas membra Pyracmon, ut in Theogon. 285. 845. 854. A. Rhod. i, 511.—Æn. vi, 686. "sane Vir-

* — "one man; at ille leo est. I wish I could get a look at this extraordinary man. He must be a very Hercules. He is an extraordinary recruit indeed! This reminds me of the story of Lord Donegal's troop of light horse. When a certain general asked where * * * 's troop of light horse were, a man rode up to him and said, 'I am * * * 's troop.' So if you ask where the * * * are, out steps a man from the * * * and says, 'Here I am.'

"After the American war, the troops being one day on muster and review, the commanding officer called aloud—'Ninety-fifth regiment, advance and come forward from the line on the parade,' upon which a little drummer-boy came marching forth with due gravity,—'Who are you?' demanded the general,—'I am the ninety-fifth regiment,' replied the boy * * *."

SECT. gilius scripsit:—*Venisti tandem
I. tuaque spectata parenti Vicit iter
durum pietas*—Ovidius [Met. xiv. 109.]: *Hinc satus Æneas* [Immo, *Dextera per ferrum*] *pietas spectata per ignes*. Magistelli spinosi *expectata* [et Virgiliti codices duo Cantab. et MS. Coll. Jes.] legunt, propter syllabam, quam nolunt positione sequenti produci. Alii vero magistelli zelotypi dicunt palam in suis suggestis veteres quoque *expectata* pro *spectata* dixisse. quid tum postea? ostendant mihi *expectatum* apud Virgilium esse pro *spectatum*. Alioquin scimus verum esse eo quoque modo posse dici. Sed quid facerent pædagogus si nihil haberent, quod latarent? Scalig. ad Catull. p. 103 = 116. Nemo vulgatam ex Æn. ii. 282. tutatum ibit. Æn. vii. 150. *sunt animi, et rebus spectata juvenus*. ix. 235. *neve hæc nostris spectentur ab annis*. Hor. Epist. ii. i. 230. *belli spectata domique Virtus*, Ovid. Trist. i. v. 25. *Scilicet ut fulvum spectatur in ignibus aurum*. Ovid. Met. xii. 184. Nestor—*Multaque me fugiant primis spectata sub annis*. Sed in Stat. Theb. 760. “*inepte Pylicæ senectæ: quippe tum temporis nondum nota Pylas, juvenisque ætate secunda Nestor*, iv. 127.” R. B. Vocabulum hoc crebro de sua sede detrudebant librarii: Lucret. i. 141. Sed tua *me virtus tamen et sperata voluptas*—*spectata* voluntas R. B.; Sed in epistola ad Millium p. 2. jam pridem citaverat *sperata voluptas*; et Carm. i. xxvii. 13. *voluptas* MS. Grævianus. De *tendere et extendere* vide R. B. ad Hor. Epist. i. v. 11. et T. Maur. 1591.; de *expecto et expeto* ad Ter. Eun. rv. vi. 5. Muret. Opp. ii. 415. “*magnam fuisse multitudinem*

eorum qui fanorum ornamenta expectarent.” “Muretus scripsit: m. f. multitudinem eorum, qui fanorum ornamenta *spectarent.*” D. R. ad l. Statii Theb. i. 655. *sed quid fando tua tela manusque Demoror?* *expectant matres, supremaque fundunt Vota mihi*. MS. Cant. tua demoror arma Atque manus: *spectant*—Achill. ii. 411. *Ipe sedens vasto facta expectabat ab antro*,—num *spectabat* R. B. Cic. Orat. in Cæcil. 7. *accusandi voluntas ad viros fortes, spectatosque homines, translata sit*. de Orat. ii. lxxviii.—*quanto magis in oratione expectandum, in qua non vis potius, sed delectatio postulatur*. Wytttenbachius, vel omnibus libris invitæ, est *spectandum* reponi vult. Bibl. Crit. i. 21, 2. Ibid. iii. ii. *Illam tanquam cynea fuit divini hominis vox et oratio, quam quasi expectantes post ejus interitum veniebamus in curiam, ut vestigium illud ipsum, in quo ille postremum institisset, contueremur*. Gesnerus vere et eleganter corrigit, *exceptantes*. At correctionem non memorat Ernestus. Wytttenb. ibid. P. i. 26. Contrarium autem subinde occurrit; et Plautum in Men. v. iii. 6., me saltim iudice, recte instauravit Brunckius ad Ar. Thesm. 846. Sen. Herc. Fur. 765. *Pavidosque manes squallidus gestat senex*—emendat Withofius, *validus expectat* senex, ut, cruda deo viridisque senectus. Æn. vi. 304. *valido*—*nec turpem senectam*. Hor. Carm. i. xxxi. 17—19. *durus senio Navita crudo*. Sen. CEd. 166. Withof. Præmet. p. 61. Sed, pace summi viri, R. B. *vectat malle*; Æn. vi. 391. *Stygia vectare carina*; CEd. 173. *Fessum turbam vectare novam; vectat quoque D. Heraldus*. Nunc ad

Withofius propendit: "Cum mox dicatur, Charontem applicasse naviam litore, ut manus reciperet; illi boni, quomodo jutu ante tempus gestare, seu occidere illos, narrari potest?" Præmet. p. 60. Hor. Carm. ii, ii, 24. *Quisquis ingentes oculo irretorto Spectat acervos.* Muretus Opp. ii, 582. interpretando nihil agit; *Withofius*, STRABON acervos, "id est, praterendo nec oculos eo retorquendo contemnit, adspersumur"—ad Disticha, p. 531. Non est quod sperno queratur; ditionem enim alieni sæpius invasit; Ovid. Fast. iii. 827. *Nec vos turbæ feri census fraudate, magistri Spernite*—oculus repone, N., v., turiferi census fraudate, magistri, Termit: i. e. "Nec vos, o magistri, licet tenues sint vobis opes, fraudate Minervam spitem ternite quodam, vel virga turis. Gratianus Cyneg. 132. *Termes ab Eois descendens virga Sabæis*" *Withofius* Præmet. p. 135. Sen. Her. Fur. 156. *Aut suspensus spectat pressa Præmia dextra. Lege, sperat* et conf. Phœn. 516. R. B. Immo, "Aut sua gaudens spectat—oppositio est inter deceptos et spectat, non autem sperat. Nam sperans decipi potest, spectans jam præmia non potest." *Withof.* Pr. p. 42. ibid. 1256. *semper absentis pater Fructum tui, tactumque et aspectum peto. Vultum tuum et affatum corrigit R. B. et conf. Med. 187. Statii Thebaid. i, 18. nec Arctos ausim sperare triumphos.* Sic duo Codices Cantab.; *spectare* alii; forte *spirare* R. B. Æn. x, 251. *Tum breviter supera spectans convexa precatur.* Maronem hac licentia temperasse argumento est, quod Æn. vi, 540. *scindit* impune intexere potuerat, si hæc positio

cordi earet! facti vero codices omnes, et plurimæ editiones; quod ad Symb. Apost. p. 483. adhibet PRÆSONUS. Immo, dicit in textu, et findit in margine Cod. Coll. Jes. a manu recenti.

In *Horatii* carminibus hæc licentia nusquam elucet; nec quis huic canoni obsistat auctoritas; nulla comparet. Quid tum? Numquamne hodie concedes Maurò? *Urguet diem nox, et dies noctem: neque est Levare tenta spiritus præcordia.* Nihil opus fuit *Horatii* iudicio de hoc canone. Sæpius quidem dictum, "quod usæ non veniebat, de eo si quis legem aut iudicium constitueret, non tam prohibere videretur, quam admonere." vide Cic. pro Roscio Am. xxv. Si rectitudo scribendi hujus temporibus per vias certissimas investigari queat, exemplum forte ad hanc regulam stabiendam e latebris suis protrahere poterimus. Ernestus ad Cic. de Orat. XLVI. antiquam formam *slitibus*, reclamantibus optimis codicibus, delendam censet, quod Ciceronis ætate inoleverat. "Immo," inquit Heusinger, "post Ciceronem adhuc, Augustorum ævo, ita exhibere solitos testatur Lurenburg. antiquar. in STILITEX ex decreto, quo Sodalium Augustalium mentionem factam videmus." Conf. Spalding. ad Quintil. Inst. Or. r. iv. 6. Hinc Carm. iii. v. 53. malle; *Quam si clientum longa negotia Dijudicata stlite relinqueret, aut saltim slite.* Anne hisce aureæ antiquitatis ruderibus, et hoc sigmatismo Venusinum poetam resarciendum existimas? Sententiam meam nullam interpono: pertinacius contententi illud Ciceronis occinam, "*scientiam mihi reservabo,*

SEOT. *usum scribendi populo concedam.*"

I. A. Gell. vii. iii.—*quod plebiscito*

— *Colonis prohibitum fuit.*—Legendum, *Stolonis*—Gell. xx. i. de Legg. xii. tabb. Quid salubrius visum est *rogatione* illa *Stolonis* jugerum de numero præfinito? Markl. Ep. Cr. p. 148. plaudente R. B., qui eandem emendationem dudum occupaverat.

In *Propertii* reliquiis multa manu medica indigent: pleraque vitia, præsertim graviora, MSS. superstitionibus sunt vetustiora. Si enim prospiciam lectionis, per codices et præcipuas editiones deductam, remeare velles, nil nisi ineptiarum farraginem assequeris; omnes, qui etiamnum in lucem prodierunt, ex eodem fonte, pervertuto licet, lutulenti fluere videntur. Haud me latet SCALIGERUM, virum, si quis alius, acerrimum, suspicari antiquissimum *Propertii* codicem aliquot pagellis a bibliopego nescio quo transpositis turbatum fuisse, ipsumque ideo poetam usque adeo dilacerasse, ut, iis ignoratis, de quopiam loco satis exploratum ac firmum certumque ferri iudicium nequeat. Ne multa: in *Propertii* exemplaribus tetrius grassata est librorum nequitia, et in hanc licentiam, tanquam in facinus, omnes jurasse putes, quibus, vereor, ut critici remedium tulerint. iii. ix. 53. *Brachia spectavi sacris admorsa colubris*: Sic MSS. et ed. princeps. *Pectora sp.*—N. Heinsius ad *Patercul.* ii. lxxxvii.; "*spectasti* conjecerat *Marklandus*, propter præcedentia *fugisti*, et *tuae manus.*" *Lege, scensisti*—audax, inquires, facinus: et est profecto: non tamen improbabile, et necessitudo etiam timidus fortes facit. *Epigr.* apud

Drakenborch. ad *Sil. Ital.* ii. 417., *O quam vivit opus, quam pene figura dolorem Sentit, et ex ipso moritur pictura veneno.* B. *Castilioni Cleopatra, Marmore quisquis in hoc sævis admorsa colubris Brachia, et æterna torpentia lumina nocte Aspicias.*—*Lucan.* *Phars.* iv, 317. *si quos palmite crudo Arboris aut tenera succos pressere medulla. sensere optime restituit WITHOFIUS Encæn.* p. 52.; vide R. B. ad l.—iv, i. 41. *Jam bene spondebant tunc omina, quod nihil illam—oia* (sic) unus MS., *omnia* alter, et ed. 1472. *illam* omnes. "At certo certius est *Propertium* scripsisse:—quod nihil illos—hoc est *Penates* vv. 39. et 48. memoratos." *Schrad.* *Emend.* p. 166. *Lege, Digna spondebant*—*Sponde digna tuis ingentibus omina captis.* *Æn.* ix. 296.—iv. 46. *Tu cave spinosi rorida terga jugi, cape sp.* MSS. edd. Pr. Ven. 1500, et *Scaliger* in edd. 1577, et 1600; sed *terra* pro *terga* 1582; *spinosa* ed. 1472. *Corrige, Tu cape dumosi*—*Virg.* *Buc.* i, 76. *Dumoso pendere procul de rupe videbo.*—v, 17. *Consuluitque striges nostro de sanguine, et in me*—Sic MSS. et ed. pr.; *consuluit striges*—metro invito, nonnulli; *ulcus latere quis non videt? Consulitur strigibus* *verecundise* fines in mutando transiret; sed *lex carminis* non prohibet: et quidvis potius tentandum, quam ut cum scribis suaviter aberremus: *veritatis* autem quam contentionis cupidior malim a codicibus medicinam exspectare.

Ad *Ovidium* deveniamus. *Temeritatis* hujus in *Ovidio* signifer fuit N. HEINSIUS. Non deerunt qui *virum artis metricæ peritissimum*

obstantibus frustra, veteris editionibus, huiusmodi mendas & conjecturas, regulas demirentur; ad mirari desinent, cum eum in hoc reatu nimis securum, ista, quae non tolerat Augusti sui aures, studio, non incipit, amplius atque approbare cognoverint, et omnia sua posthabuisse, demum modo S P inseruunt. Ex hoc matricis theoria numerorum, quae carmina supra socum assurgentia repellant, prodigum iterum iterumque ingerere, quam bonis e suis codicibus oblati uti, melius; et ab illo, tanquam fonte, potiora in omnes deinceps editiones dimanarunt, et etiamnum adeo adhaerent, ut penitus necesse sit *Multa diu concreta modo molere* Maria, quae certatim abeugereque. Scarioxi vestigia adorabat "Ovidii ospitator; dolet ergo illum suis codicibus plerumque aduersantem hanc licentiam cum duce Scaligero non ejurasse, et omnia sua bona sibi met quodammodo invidisse. Nec tamen ideo virum in omni humaniorum litterarum genere praestantissimum acrius insector: N. H. H. H. "Poetarum Latinorum unicum ospitatore;"—"Musarum delicias et Parnasi decus;"—"verum Phoebe alumnum et Calliopes sinu innutritum"—laudare nunquam cessabo. R. B. ad Hor. Carm. 1, xxxiv, 5. D. R. Elog. T. H. p. 14. Noris ad Cenotaph. Pis. p. 480. Markland. P. ad Stat. Sylv. P. xv. Sed ex diverticulo ad rem. Heroid. v. 2. *Ista Mycenæa litera scripta manu.* Corrige, *facta*, suadente utroque

MSS. apud Zingerling. in Pro-mula. p. 189, et edd. Ald. 1515, 1533. Sed possunt talia similibus exemplis defendi. Possunt esse, sed similiter quoque corruptis, et emendationem flagrantibus. Max. v. 28. *Est is que nostri litera scripta memor, scripta MSS. Rodleiani; facta multi codices.*" Burmann. ad L. Trist. v, xii, 35. *Carmina scripta mihi sunt nulla, aut qualia cernis; "ancepta"*—Burmann.; *legis facta.* Ex Pont. 1, v, 16. *Cum relego, scripsisse pudet, quia phyring cerno, Me quoque, qui feci, iudice, dignus sum.* "scripti Regius, et tres." Burmann.; *fecit edd. Parm. 1489, Ven. 1498, Ald. 1533.*—x, 106. *Stratiæque Creteas bellua stravit humum. Strata non tango; Amor. 1, 7. Stravit depressos lata per arva greges.* Stat. Theb. 1, 644. *Menactum Proterrebat agens,—Proterrebat R. B.; tinxit quidam legunt, testibus Ubertino, Grutero, Reinsio; lavit Zingerlingius, planxit in margine adscripserat R. B.; qui ad vii, 169. Nota mihi freta sunt Afrum frangentia litus,—plangentia suggestit. Si mei res arbitrii foret, maluissem tinxit propter ix, 368. Ipse suo melius sanguine tinxit humum: et Her. Cæt. 1119. Discedet via Tartari, Stratis ut pateat polis? Fractis Cod. Flor. probante Benteleio: 1136. uterque debuit frangi polus; conf. 710. 1150. Fast. vi, 82. Cacus Aventinam sanguine tinxit humum. 461. Fecit, et Hispanam sanguine tinxit humum. Met. v. 293. Tundit humum mo-*

* Lector benivolus mihi facile ignoscat, si versus oppido bellissimo, hoc navelo, proh dolor! inasperos, afferam: *Gulermus Brito Philipp. iv, 309.* de RICARDO I. *Θυμολογία*—"mittebat enim Saladino, Et Saladinus ei varia vice scripta, sibi que Pacificabat cum Saladino munere crebro." Hunc locum, non monito lectore, mire enodavit *Sophocles nostris.* (*Account of Myrocos*, p. 200.)

SECT. *riens, scelerato sanguine tinctum*; I. conf. Heroid. iv, 72. Pont. iv, vi, 34. Ibis. 370. Propert. iv, vii, 10. Sen. Hipp. 652. *et ora tenuis flava tingeat rubor* MS. Ovid. Heroid. iv, 72. *Flava verecundus tinxerat ora rubor*. Elegia in Mæcenatis obitum, quam Pedoni Albinovano asserere conatur Scaliger, v, 96. *Membra nec in strata sternere discat humo. trita præstiterit*. Propert. iv, ix, 40. *Et nunquam ad natas irrita tela feras: stratas conjecerat* Heinsius; *vastas* e cod. Voss. confirmavit Schrader. Emend. p. 91.—xv, 213. *Solve ratem. Venus orta mari mare sternit eunti*; vid. Met. x, 342. et Schrad. Emend. p. 194. In Nasone nimium repetitionibus, in aliis parcius, indulgebant librarii; Met. xiv, 800. *strata est tellus Romana Sabinis Corporibus, strata estque suis; simul atque suis* R. B.; Met. vi, 640. *Et mater mater, clamantem, et colla prementem*. "In Bernegg. inter utrumque *mater* tres literæ erant erasæ. *et vel eja* fuisse videbatur." N. HEINS. "cantandi positor, cantati egregius in multis repertor." Hinc præclare emendavit WITHOFIUS, *Et mea, ter, mater, clamantem*—"Id est, Procne ferit puerum ense, dum manus tendebat, dum *ter* clamabat *mea mater*. Sic ipse Heroid. viii, 91. Terent. Hecyr. iii, ii, 18. 23." Præmet. p. 180. Manil. i, 245. *Nos in nocte sumus, somnosque in membra locamus. somno sic* Scaliger; *somnosque in membra vocamus* Burman. ad Phædr. *somnos in membra* l. Codex Gemblacensis; *ro* in lacunæ tantum explendæ causa a librario adjunctum: lege, *somno nos m. l.* Withof. in Spec. Gunther. p. 85. Tibull. i,

vii, (viii), 49. *Huc ades, et centum ludis, Geniumque choreis Concelebra; ludos* Codd. et edd. vet. *ludis* Statius: emenda, *Huc ades, et GENIUM ludo, Geniumque choreis* Markland. de Epist. p. 68., cui favet perelegans repetitio poetæ propria, et quam callide sublegit Heynius. Imo Ovid. ipse in Niobes mandato aliquid hujusmodi passus est 196. *Itē sacris, properate sacris, laurumque capillis Ponite; deponunt, infectaque sacra relinquunt*. Quid plura? Infectis *properate*—repositus Withofius notis ad Orat. Sec. p. 81. quam cum stylo, mente, et more Ovidiano consentit. In v. supra notato dudum somniavi, *placet*; Æn. i, 142. dicto citius tumida æquora *placat*: sed *præstat*, vel potius *præstet*, verbo *sternit*, quod in Bersmanni margine comparet, e textu doctissimi poetarum cedere non debet. Met. xi, 749. *præstatque nepotibus æquor*: id est, ἀκόρονα Πόντον ῥιθῆσι νῶρα. Iph. T. 1445. *Valck.* ad Herodot. vii, 191. Ut Græcis *παρέχειν, χαρίζεσθαι*, sic Latinis *præbere, præstare* hujusmodi de rebus solennia sunt. [*Seneca Pater* T. iii, p. 352. *Ille* Passieno, *prima ejus syllaba in Græcum mutata, obscænum nomen imposuit*. "Sc. *παρεχενῶν*" primo tentavit R. B. Postea "Ranconetus *Grassienum*: inepte. Nempe vocavit *Paschicenum*; syllaba in Græcum mutata, a *πάσχειν*." R. B. *Pudet pigetque tam infanda referre*.]—xx, 213. *Ne tamen ignoret quæ sit sententia scripto, N. Heinsius; scripti sententia quæ sit, editiones pervertustæ* Parm. 1489. cum commentariis A. Volsci et Ubertini, Ven. 1498. Mediol. 1510. Ald. 1533. Amor. iii, iii, 6. *Can-*

dila candorem niveo ruffess ru-
 bere Ante statit: niveo lucet in
 ore ruber. N. Heinsius; fuit MS.
 Bodl. et add. Parm. 1489. Ven.
 1498, Ald. 1638. quam in mar-
 gine notaverat R. B., qui pro
lucet legit nunc et. Art. Am. 332,
 3. jure subnovit "Aristarchus
 Batavia," quoniam vide.—II, 659.
Si qua straba est, Veneri similis;
si rava Minerva. N. Heinsius:
 quoniam laudat *Larcherus* Mem.
 sur. Vossii p. 131.; metrum integ-
 rat R. B. corrigendo, *Si straba,*
sit Venari—ad Hor. Serm. 1, iii,
 47. *Conf. Censuram Crit. (June*
 1803, p. 127.). Toupins in ex-
 emplari suo T. Fabri Epist. p.
 176. tantavit, "*Si flava est, Ve-*
nari similis, si poeta Minerva.
Lucretium, iv, 1157. Cassia, Πα-
λάδου Hom. Il. x, 470. *χρυσή*
Ἀφροδίτη,"—*Flavus* fere a poetis
 expellere conatus est R. B.;
Credula nec ravis Hor. Epod.
 xvi, 33. *rava* Ovid. Amor. 1, 7.
rava ibid. 8. *rava* Fast. iii, 693.
rava ibid. vi, 652. *fervam* Sil. Ital.
 v, 220.—671. *Aut mare remigiis,*
aut vomere scindite terras; findite
meteb. in ora ed. Bersmanni, et
in textu Heinsii. Heroid. xvii,
 139. *Quid bibulum curvo pro-*
scindere litus arato—profindere
 MSS. Her. xii, 94. *Et solidam*
jusso vomere findis humum. Trist.
 1, iv, 3. *Nos tamen Ionium non*
nostra findimus æquor. Conf. xi,
 48. v, ii. 62. *Et Scythicum pro-*
fuga findere puppe fretam. Prop-
 pert. iii, vii, 35. *Non ego veli-*
fera tumidum mare findo carina.
 Sen. Her. Fur. 336. *Et bina*
findens Isthmos exilis freta. Æn.
 v, 143. *Infundunt pariter sulcos*
 —Claudian. in Eutrop. 1, 454.
Elgyias findis, Serrane, novales.
 Statius Theb. x. 507. *gementes*
Profindant inarata diu Pangæa

juvenci—Profugant, & fringunt,
et Proscindunt MSS. Cantab.;
 ultima R. B. placuit.—Lucret. 1,
 71. *confringere* editiones; *con-*
fringere unus MS. Harl.; *effrin-*
gers duo alii, et Priscianus x. f.
 123. b. Aldi—col. 879. Putsch.;
perfringere Nonius Marc. x, 16.
 v. *Cupiret.* Sen. Controv. 1, 2.
 T. III, p. 96. 4. *confringitur*—
confragitur, R. B. Idem de Con-
 stant. Sapient. T. I. c. iv. pp.
 395, 396. *aut demissis in profun-*
dum catenis Neptunum potuisse
contingi? constringi, R. B.—III,
 289. *Illu sonat raucum, quid-*
demque inamabile stridet—ridet
 MS. Bodl. Edd. Parm. 1489.
 Ven. 1498. Ald. 1533. et in ed.
 characteribus Gothicis impressa,
 sine loco aut anno. Pausan, At-
 tic. 1, 40. *βαί δὲ καὶ Κικυρός ὄδω*
ἀρεπτεσσανον. tristisque palus in-
namabilis unda. Æn. vi, 438. *tarla-*
que—Geo. iv, 479. *inlætabilis*
ora. Æn. iii, 707. Stat. Theb. iii,
 706. *illætabile munus; intoler-*
abile MS. Coll. Eman. *ἀγέλαστος*
συμφοραῖς Æschyl. Choeph. 28.
φρήν ἀγέλαστος. Idem in Lex.
 Sangerm. 337. apud D. R. ad h. in
 Cer. 200. *ἀνίας ἀνθος* Sophocles
 ibid. p. 385. vide Valck. Diatr. p.
 179. Fortasse, *murmur*—librarios
 vero, haud poetam ipsum erroris
 insimulans *ridet* tantisper retinebo
 dum melius aliquid alius proferat.
 Valeat tandem *inamabile ridet;*
inamabile, quod negat redire
 quinquam, et omnia illic tristitia:
ridet, quod Styx tacite defluit,
 unde etiam eam trajicere solebat
 Charon: vide Sen. Herc. Fur. 712.
 Lucret. 1, 18. *tibi rident æquora*
 ponti. ii, 560. *ridet placidi pella-*
cia ponti. v, 1003. *ridentibus un-*
dis: conf. Catull. lxi, 273. Eur.
 Fr. [ccviii.] apud Phrynichum
 Σ. Π. p. 6. *Ἀκύματος δὲ πορθμῆς*

SECT. ἐν φρίκη γέλασσι. Æschyl. P. V. 90.

I. ποντίων δὲ κυμάτων Ἀνήριθμόν
γέλασμα. "Schollastes in hæc: Καλῶς εἶπε τὸ γέλασμα— ἐκ μεταφορᾶς τῶν γέλωντων καὶ διαχομενῶν. Hoc autem durius est quam quod vel ab Æschylo profectum crediderim. Malim igitur scribere ἀγέλασμα congregatio fluctuum." ΤΥΡΩΗΤΤΥΣ. Hoc, quodcumque est, acceptum refero eruditissimo M. C. Editori, cui maximas gratias ob summa in me officia ago.—726. *Oraque fontana fervida spargit aqua—pulsat aqua* MSS. apud Zing. p. 188., Bodl. et Ep. Pr. *lavit* duo codices, ut Rem. Amor. 230. *Arida nec sitiens ora levabis aqua—lavabis* MS. Coll. S. S. Trin. Cantab. "Forte purgat" Burmann.; *tergit* mallem: Catal. Petron. 58. *Sufficit et pura limina tergit aqua; spargit* Heinsius. Æn. iv, 635. *fluviali spargere corpora lymphæ*—"aspergere Ven. mergere alter Menag." Heynius. conf. Fast. v, 676. Ad Ovidii locum citat Heinsius Fast. iv, 728. *Virgaque rotantes laurea spargit aquas, rotatas* plerique codices, *misit* omnes; de hoc dubitare non debuerat "felicissimus Latinorum poetarum restitutor." Stat. Sylv. v, iv, 10. *Præterit et gelido spargit miserata flagello. tangit* Markland. ad l.—741. *Nomine suspectas mihi spiritus exit in auras—suspectas* jam spiritus MS. apud Zingerling. Met. iii, 66. *fixum lentæ curvamine spinæ—lentæ spinæ curvamine fixum* in optimis codicibus, inquit Zingerlingius; quem confirmant MSS. Cant. Bodl.; edd. Parm. 1489. Ven. 1493. 1498. 1513. Lugd. Ald. 1533. —xii, 436.—*Molle fluit, veluti concretum vimine querno Lac solet; utæ liquor rari sub*

ponderè cribri Manat, et exprimitur per densa foramina spissus; Verum ita scripsisse Ovidium, non vero Ovidii librarios, præstare quis possit? in MSS. hunc locum ita contaminatum invenimus, ut nihil extundere queamus. *præli* in textu, et *cribri* in margine cod. Cantab., qui *spissus* loco *coli* præbet. Cod. MS. penes Collegium S. S. Trin. Cantab., qui fessis oculis negotium facessit, insignem lectionis varietatem exhibet; *molle fugit*, quam vulgatæ præponerem; Hor. Ser. i, vi, 13. *fuit* editiones; *fugit* ex optimis Codicibus R. B. *lumine pro vimine* a manu recenti: q r n o textus et virgula superimposita à manu antiqua, puncta duo infra et c supra exarata a recenti; in textu versus, de quo lis est, *rarus* et *per dempsa* [densa] *foramina spissus* (sic). Pro *spissus*, *succus* Ald. 1533. et *per multa fi densus*, unus Cod. Bodl.; in altero neque vola nec vestigium. Neque id mea quicquam refert; si totum locum inter claustrum additamenta recensuero, quo tandem testimonio revincar? Etenim in quorundam codicum textu intercisus et diffractus emergit, in aliorum margine comparet, in paucis deest. At in notis ad Lucan. Phars. ix, 808. hoc loco, tanquam genuino Ovidii partu, nititur R. B.; sed illas mutilas, obscuras, et omni errorum genere scatentes editori, pie quidem, sed incaute patrum manibus parentanti debemus. Plauti Cas. iii, v, 18. *Nam nisi ex te scio, quicquid hoc scit, cito jam tibi istuc Cerebrum dispercutiam*, Execrata; *scito—et disperciam caecreta* MS. Hinc scito reposuit, et *disperciam*

execrâ e MS. exculpait R. B. Hor. Epod. xvi, 18. execrata Cod. Græv.—Fast. vi. 805. *Ante focos olim longis considerare scamnis Mos erat—scamnis considerare longis* Edd. Parru. 1489. Ven. 1497, 1498, 1499.; Ald. 1533. Ennius apud Cic. de Divinatione, 1, 48.; *Auspicio regni stabilita scamma solumque*. Obiter meminisse libet, vi, 140. *Causa, quod horrenda stridere nocte solent*, sic edd.; “Illustrissimus Heinsius contra libros scriptos *horrenda—voce legit*,” Drakenb. ad Sil. Ital. ix, 575.—Trist. iv, ii, 20. *Cumque ducum titulis oppida scripta leget: capta leget olim editum; mœnia capta* Vossii excerpta, quod reponendum. Propert. iii, iii, 16. Incipiam, et titulis oppida *capta* legam.—v, i, 7. *Integer et lætus læta et juvenilia scripsi,—lusi*, “Criticorum Latinorum princeps.” *Carmina cum primum populo juvenilia legi*; iv, 57. *adhuc sine crimine vixi*; lusi R. B. Heroid. xvii, 17.—Ex Ponto i, v, 2. *Ut sua scripta legas, Maxime, Naso rogat, verba* Zingerling. et Heinsius; *dicta melius*; El. iv, i, 61. *Ennius hirsuta cingat sua dicta corona*, Conf. R. B. ad Hor. Carm. i, vii, 9.—ii, ii, 34. *Sæpe creat molles aspera spina rosas*. Vide Zingerling. pp. 138, 139. versus 33—36., jam dudum cingulis circumdedit Heinsius, “qui unus plus præstitit, quam cæteri omnes;” et, his demittis, carmen apte coheret. JOANNES HILDEBRANDUS WITHOFFIUS, qui in summis criticis jure habendus est, versus istos adeo reformavit et recoxit, ut Ovidium in Ovidio frustra quæreret. “Ego subirascor hominis obstinationi. Quis enim, nisi plumbeus sit in Criticis, dubitet,

quin nebule plius distichon è 8207. posteriore conflaverit? quis autem credat librariorum e verbis, *Sæpe licet multis aspera visa locis, fecisse, Sæpe creat molles aspera spina rosas?*” *δειρὸν κάλαισμα*.—Fast. ii, 27. *Februa poscentis pinem virga data est*; spinea N. Heinsius; quod *rōi male* notavit R. B. Melius profecto ad Sen. Ph. 126. *sacra quo Dirce latet*; verbum aratet revocarunt Gronovius et Withofus. Sed ad rem.—x, 27. *Hennæosque locus et olentia stagna Palici,—OLENTIS stagna Palici* membranæ, edd. Parm. 1489, Ven. 1498, quam certo judicio eruerat R. B. *Hæc fontis stagna Numici* Æn. vii, 150.—iii, vii, 7. *Ergo mulctur nostri sententia scripti—scripti sententia nostri* Edd. Parm. 1489. Ven. 1498. Ald. 1533.

Unam nunc et alteram emendationem apponam, quæ terrore hujus canonis exulasse videntur. Quicquid id est, illas allegabo. Heroid. iv, 147. *Tolle moras tantum, properataque fœdera junge*. In Scriveriano, *Tolle moras, oro,—sperataque fœdera junge*, feliciter supplevit Burmannus. Virg. Buc. viii, 26. *quid non speremus amantes?* Æn. iv, 291. *tantos rumpi non speret amores*. Art. Amat. i, 343. *Ergo age, ne dubita cunctas superare puellas; sperare codex Alb. Rubenii*.—ix, 20. *notitia est misero quæsitâ pudori, Si macula stupri facta priora notas?* Lege, *notitia est vestro quæsitâ pudori, Si maculas turpi facta priora nota*. 79. *Irruit, et nostrum vulgare clamore pudorem; sed alibi misero*. R. B. Leni remedio, credo, ac vero poetam sanasse Virum summum, ecquis dubitet? Incertus apud Chari-

SECT. sium col. 253. *Cur te dedecoras,*
 I. *famam cur maculas tuam?* Æn.
 x, 851. *Idem ego, nate, tuum*
maculavi crimine nomen. Ibid. 35.
Ipsa domo vidua, votis operata
pudicis, sic Viri ceteroquin sa-
 gacissimi citarunt, R. B. ad Hor.
 Carm. III, xiv, 6. et Schrader.
 Emend. p. 202.; conf. Æn. iv,
 82. A. Rhod. I, 285. Æschyl.
 Agam. 863. Illud Sapphus nem-
 inem eludet. Sed illum consilii
 pœnitebat, qui *studius operata pu-*
dicis in margine exemplaris ad-
 scripsit. Conf. Met. VII, 746. VIII,
 865. Ter. Heauton. II, III, 38.
Hinc sciri potuit, aut nusquam
alibi, Clinia, Quo studio, vitam
suaam, te absente, exegerit; In-
 scriptio apud Spon. Misc. Erudit.
 Antiq. §. IV, p. 151. LANIFICA
 PIA PVDICA FRVGI CASTA DOMI-
 SEDA. Œd. Col. 343. κατ' οἶκον
 οἰκουροῦσιν ὥστε παρθένου Phintis
 apud Stob. p. 444. 3. ἴδια δὲ
 γυναικός, τὸ οἰκουρῆν, καὶ ἔνδον
 μένεν,—quas vafre deridet atque
 contemnit Soph. Electra tanquam
 περισσὸν ἄχθος ἔνδον γυναικῶν ὄν
 ἀεί. Sed redeat illuc oratio unde
 deflexit. Quamvis cum acutis-
 simo et eruditissimo Critico ab
 hæresi Withofiana, primario licet
 Viro, prorsus equidem abhorreo;
 et post Heinsii, Bentleii, Schra-
 deri maximas curas multo plures
 nebulonum versus inter Ovidia-
 nos adhuc latere censeo: "Nihil
 tamen necesse est disticha omnia
 (in Trist. etc.) propter eam, quam
 continent, barbaricam Ovidio ab-
 judicari." Βεβαρβάρωσαι, dul-
 cissime poeta, χρόνιος ὢν ἐν
 βαρβάρους*. "Sint sane Ovidii,
 sed exulantis, sed inter barbaras
 gentes jamdiu versantis, sed la-

tinæ linguæ usum atque elegan-
 tiam longa ejus usurpandæ des-
 uetudine pæne oblii. id; quod
 ipse de se et sæpe alias, et libro
 v, eorundem Trist. el. 7. con-
 fessus est illis versibus: *Ille ego*
romanus vates (ignoscite Musæ)
Sarmatico cogor plurima more
loqui. Et pudet, et fateor: jam
desuetudine longa Vix subeunt ipsi
verba latina mihi. Nec dubito
 quin sint et in hoc non pauca
 libello BARBARA—Non hominis
 culpa, sed ista loci." *Lagomarsi-*
nus ad Pogiani Epist. iv, 167.—
 cum quo flebiliter conspirat Sen.
 de Consol. p. 380. "Cogita quam
 non facile Latina ei verba succur-
 rant, quem barbarorum incondi-
 tus gravisque fremitus circum-
 sonat." Conf. Aristoxenus apud
 Athen. xiv, 632. A. B.

Statius Theb. III, 586. *Hi teretes*
galeas, magnorumque area suta,
scuta MS., sed suta infra iv, 131.
Ferrea suta tegunt—R. B.; vi,
551. Præcelerēs, agile studium,
et tenuissima virtus—VII, 733.
Quercus alumna vadi. fas et mihi
spernere Phœbum, me sp. MSS.
 apud Zingerling.; Achilleid. I,
 348. *Diducit, sparsosque studet*
componere crines. Lege, sparsos-
que juvat componere crines.

Manilius III, 364. *Sed teretem*
inclinum mundum comitantia semper.
 Sic edd.; *spira* R. B. "præclare
 de Manilio meritis."—604. *Ter-*
tia forma stetit summo jam proxima
cælo, fuit edd., est et R. B.

Lucani Phars. v, 118. *Aut pre-*
tium: quippe stimulo fluctuque
furoris.

* Sic invertit Apollon. Tyan. Ep. 34. Ἐβαρβάρωθην χρόνιος ὢν ἐν Ἑλλάδι.
 quod in ἀφ' Ἑλλάδος subtilius emollit celeberrimus ΤΥΡΩΝΙΤΗΣ.

Silius Ital. Punic. III, 111. Primitiæque tori, gelidosve scandere tecum Deficiam montes—gelidos ut e MS. Barthius, cui suffragatur Drakenborch. IV, 575. Immane stridens agitur, crebroque coacta XVII, 546. duxit in arva Diversa spatio procul a certamine pugnae.

C. V. Flaccus VI, 229. Vidit eques, densa spargens hastilia dextra;

Juvenalis Sat. VI, 109. Gibbus et acre malum sæpe stillantis ocelli.

Martialis II, LXVI, 8. Ut digna speculo fiat imago tuo. V, LXXI, 3. =LXIX, 3. Scriverii. Quid gladium demens aliena stringis in ora? Romana tacite emendavit Scriverius.

Claudianus in Ruffin. II, 230. Quisnam audet ferro leges imponere stricto? editiones veteres: quam maculam facillime abstergas trajiciendo Quisnam audet stricto leges imp., nisi Heinsius edidisset, I. vibrato imponere ferro? Vibranti gladio Æn. IX, 709. Quam [hastam] P. Sulla cum vibrasset, Cic. de Offic. II, VIII, 12. Claud. de VI. Cons. Honor. 629. In latus allisis clypeis, aut rursus in altum Vibratis; recte quoque Ovid. Met. III, 34. Tres vibrant linguæ, triplici stant ordine dentes:—Sen. Thyest. 290. Hac spe minanti fulmen occurret Jovi: vibranti R. B. Hipp. 156. sed in Senecæ Phœn. 437. Vibrata dextra tela suspensa tenent. librata optime reponit R. B.; et Geo. IV, 196. his sese per inania nubila librant. Stil. I, 141. Sic Hercule quondam Sustentante polum, melius librata pependit Machina. Sen. Herc. Fur. 18. stabo,

et, ut certo exeant, Emissa nervo tela librabo. De bello Gildon. 136.—recissæ vestes, et spicæ sparsim Serta jacent. Edd. veteres; passim, "Vossii duo Oxon. Leid. et Lovan. et Barthii codices; eadem varietas in Eutrop. II, 421. ubi Heinsius sparsim præferebat; male." Burmann.

Seneca Phœn. 448. Hæc membra sparsim spargite, ac divellite: passim nostræ et Palat. membranæ. Lipsius. J. Taylorus in margine exemplaris de Jure Civili p. 270. e veteri glossario exscripsit "Σποράδην vagerassim: lege, vage, passim. Sil. Ital. XIII, 376. viritim editiones; lege, viri sim. Æn. X, 864. Hor. Epod. XV, 12. Sern. I, VI, 55. Withofius. In Elegia de obitu Mæcenatis, V. 93.—victor potiatur in umbra. Membrana patiat, unde spatietur Scaliger. Statius Theb. IX, 213. non jam Ætolo satiabere campo, Gaudentemyque jubam per stagna Achelœia solves. lege, spatiabere R. B. Herc. Fur. 950. Hiemsque gelido frigida spatia refert—totum locum R. B. legisse videtur, effusam jubam Cervice jactans, quicquid autumnus gravis, Hiemsque gemino frigida spatia ferunt, Uno impetu transiliet: fulgidum Withofius infercire sustinuit, cogitans "hic de astris et sideribus hiemali potissimum tempore fulgentibus sermonem esse." Præmet. p. 82. l. 17. recte vero defendit lectionem codicis Flor. verbo tenus vir sagacissimus, J. H. W., rutilans jubam cervice jactat: posteriora probabiliter e vulgatæ lectionis vestigiis recuperavit R. B.; nec amplius friget "vox frigida satis."—Troad. 31. Tuosque manes, quodque stetit ante Ilion;—quo stetit

SECT.
I

SECT. I. *stante Ilion* è veteri libro Lipsius. —*Herc. Æt.* 725—728. e ruderibus lectionum variarum elicit *Withofius*—*facem* Quam tincta fuerat *palla, vestisque illita*. Abjecta inhorret lana, et a Phœbo coma Tepefacta stridet — Præm. pp. 206, 7.

Ausonius; *Furca tricornigera* specie penultima sum ψ.

Prudentius; *Apotheosis*, 295. *Fonte vetustatis*; percurrere scrinia primi 351. *Sed sacer in pecude*. *Stultum est sic credere sacrum*; 418. *Nate Deo, nate sceptris et germine David*. 708. *Non revocante fame, stipabant undique septum*, 760. *Aura refert, oculos sanie stillante solutos*; conf. 833. *Harmatigenie*, 47. *naturæ scindere vires*—*excindere* MSS. *Putean. et Thuan.* 268. *Pingere scultilibus redimitæ frontis in arce*. —*sutilibus* MSS.; vide supra ad *Stat. Theb.* III, 586. *Psychom.* 41. 481. 760. *Nascatur conflata odüs*; quia scissa voluntas—*fissa* membranæ *Vat.* 902. *Cessisse stomacho! fervent bella horrida, fervent*.—*At Prudentius, inquires*, “*syllabam natura brevem, duabus consonis subsecutis, perpetuo producit*; ut *Psychom.* 99. *Morte Pudicitia gladium Jordanis in undis*. 454. *Fertur Avaritia gremio præcincta capaci*.” *Sed hujus canonis fundamentum in aqua positum labitur*; *Apotheosis*, 434. *Dedere crinitos ad Christi altaria regis*. 540. *Terrarum pelagique plagas tua membra feruntur*—727. 753. 765. 787. 789. etc. *Psychomachia*, 252. *Imbuere et fragili vires foedare triumpho*—

Capella, p. 306. *Crinale spicum phœtris deprome Cupido*—*Crina-*

lem H. Grotius. *Sed bibliopola* in gratiam vela contraham, et labore, utilissimo scilicet, congerendi e *Tertulliano, Paulino, Fortunato, Theodulfo, Rabano Mauro, Corippo, Rosvita, Luitprando, Gualdone, Theodulo, Alano, Gunthero, Viterbiensi, Geissensi, Marlanensi*, et omni illo scriptorum genere, suavissimis profecto poetis, supersedebo: corollas quoque e florilegiis poetarum Italorum, Gallorum, Scotorum, Anglorum, Danorum, dulce spirantes nectant belluli censores, et exinde novas regulas fingant, quæ Terentiani canonas penitus subruent. Si ad hodierna poemata, in quibus nitent quam plurima, descenderem, et hujus licentiæ exempla sexcenta constiparem, notæ breves ad Dawesium in ingens volumæn excrescerent, et veritas odium pareret. Nimirum illis “*venia, præsertim hodie, lingua jamdudum emortua, facile conceditur; nisi culpam quis defendendo fecerit majorem*.” Ejus rei exempla utinam ne tam multa suppetent! Pudet pigetque *Andreae Marcelli* versus ad *Christinam Suecorum Reginam* tam debili positione laborare: *Bellipotens virgo, septem regina trionum, Christina, Arctoi lucida stella poli*. Si plura ex N. Heinsio abripisset, saltim hanc labem evitasset; *Sidus inocciduum* septem, *Regina, Trionum, Faxque Lycaoniæ clarior igne facis*, *Sylv.* I, 139. *Sed carmen fuisset minus rotundum. Quid tum? In mediis, ut aiunt, sæculis Lucanum in ludis literariis ac cœnobüs præceteris omnibus ob versus rotundos, sonoros, numerosos prælegere solebant doctores; equis vero hodiedum Lucani plaustra uno Varronis Atacini libro, si in dias*

Cæterum exempla nonnulla in magistrorum regulam SECT.
cadentia ex Poetis Latinis adducere non gravabor : 1.

*Virgil. Æneid. ix. 37.

5

*Ferte citi flammam,*¹² *date telā, scandite muros.*

Juv. viii. 107.

Occultā spolia et plures de pace triumphos :

Catull. lxi. 186.

Nulla fugæ ratio, nullā spes: omnia muta.

luminis oras exoriretur, libenter redimeret? Sed ultra cancellos mihi præscriptos provehor. Vobis, animæ candidæ, haud affirmarem per genium Catulli, per cineres Propertii et Ovidii, canonem Terentiani a Dawesio recidivum ex perpetua Latinorum consuetudine defluxisse; sed, *Corrigenda si qua sane visa vobis hinc erunt, Non ero stulte repugnans, aut amans præce mea, Quin, statim culpanda delens, præbeam rectis locum.*

12. *Ferrum* in addendis reposuit R. D. Meminisse satis sit Vossium de Grammatica pp. 203, 4, 5 = et R. B. de Pseudo-Phalaride p. 135. in idem ἀμάρισμα μνημονικὸν incidisse. Nimirum animo obversabatur Æn. iv, 594. *Ferte citi flammam; ferte sciti* MS. Coll. Jes.—“Virgilius solitus erat iisdem verbis bis uti, sic ut sæpe unam aut alteram vocem mutaret.” Schrad. Em. p. 54. Quid dicam de illis, qui ex uno et altero MS. *ascendite, escendite, inscendite, et scandite* infercire annituntur? *ascendite* MSS. unus Cantab. et alter Coll. Jes. et *scandite* MS. alter melioris notæ, et Macrobian. Saturn. vi, vi, etc. Ut ut est, pisce sanior est vulgata lectio, et verbum *scandite* difficultatem et laborem cum fes-

tinatione optime exprimit: conf. Æn. ii. 237. Hor. Carm. ii, xvi, 21. xix, 22. iii, i, 38. Stat. Theb. v, 361. Capella, p. 28. Cic. Cato Maj. v. *cum alii malos scandant.* Sen. Hipp. 4.—*Quæ saxoso loca Parnethi Subjecta jacent; quæ Thriasiis Vallibus amnis rapida currens Verberat unda;* scandite *colles Semper canos nive Ripæa.* Sil. Ital. iii, 111. *gelidosne scandere tecum Deficior muros conjux tua?* Sed *gelidos* ut sc. ed. Parmensis. Si huic canoni infensissimi talia effutire pergant, copulam Et in Juv. Sat. viii, 107. obtrusam mire deperibunt, *Occulta et spolia et plures de pace triumphos.* Quam vere nihil ad rem; “in hoc enim genere nescio quo pacto magis quam in aliis suum cuique pulcrum est.” Ita scilicet Manil. i, 782. Et *spolia, et nomen, qui gestat in alite Phœbum.* Tibull. i, v, 28. *Pro segete et spicas, pro grege ferre dapem.* Propert. iii, ix, 46. *Jura dare et statuas inter et arma Mari:* “quo remedio Joannes Livineius itidem laboranti poetæ subveniendum putabat.” Schrad. Em. pp. 88. 91.; tribus MSS. Harl. particula abest, unus eam supplet. Ἐχει δὲ μοῖραν καὶ τὸδ’ οἱ γὰρ ἐν σοφοῖς Φαῦλοι, παρ’ ὄχλῳ μου-σικώτεροι λέγειν.

SECT. Tibull. I. 5. 28. [= IX. 46. secundum recensionem
I. Scaligeri.]

Pro segetē spicas, pro grege ferre dapem:

Propert. III. 2. 46.

Jura darē statuas inter et arma Mari.

Pag. 17. l. 24 [= 319, 320.]

————— *sed morosa intentio*
Tam legentis debet esse, quam fuit nobis quoque.]

Rescribendum est *legenti*.¹³ *Tam legenti quam nobis.*

13. PR. p. 5. *Postquam accedere lividum Virtutis senium videt:* —P. a. l. *Virtuti senium ex Barthii Adverss. xv, 2. reposuit Taylorus.* “In venerabili Pandectorum exemplari, quod Florentiæ adservatur, I, §. 5. D. *Nautæ, Caupones, ait Prætor, QVODCVJVS ALVVMFORE CEPERINT* —id est, *Quod cuius saluum fore receperint* — Idem. Hor. Epist. II, I, 160. *hodieque manent vestigia ruris.* Littera S demta, omnia expedit Editor Paris. 1770.; emendationem equidem Valartio neque tribuo, neque abjudico. Virgiliomastix M. *Dic mihi, Damæta, cujum pecus? anne Latinum? D. Non; verum Ægonis: nostri sic RVRE loquuntur.* Extra dubium videtur in Italiæ oppidis, in quibus Latine linguæ usus invaluit, plures incorruptæ antiquitatis voces fuisse conservatas quas urbanae munditiæ pepulerant, et voces asperæ scabræque rus commigrarunt. Nimirum dum illa veteris disciplinæ severitas et morum integritas vigeant, “sua reipublicæ constabat majestas, sua patriæ sanctitas,” et sua sermoni Latino gravitas. Post imperium latius

promotum plurimi inquinata loquentes ex diversis gentibus Romanam confluerunt; in Romulidas asperæ libertatis oblitos peregrina et perdita luxuria irrupit, et vocabula illa nuda ac virilia pene interciderunt. Ut primi ordinis mulieres apud Athenienses *μάλιστα τὴν ἀρχαίαν φωνὴν σώζουσι*, sic Cornelia Græchorum mater et Lælia C. F. Latina simplicitate loqui, et *ἐννοίας ἀφελείς καὶ καθαρὰς γεωργῶν ἀγροίκων, καὶ ἀφελῶν τε καὶ ἀκάκων ἀνθρώπων*, sermone quibusdam subrustico, exprimere consueverunt. Apud nostrates, septentrionem versus, audies etiam verba quædam non trita Londini, quibus utebatur linguæ nostræ canon, *Shaksperius*, et quibus Britannos mire delectat. Sed hæc missa faciamus. *Statius* Theb. IV, 851. Ab Jove primus honos; *bellis* modo lætus ovantes Accipias. Edd. *belli R. B.* VII, 634. *juvenis* vulgo; *juveni R. B.* ÆN. VIII, 212. *Quærenti* reposuit N. *Heinsius*. Pacuvius in *Atalanta* apud Non. Marcell. p. 382. Quum incultos investigans *inrimare* sinus —*rimare* MS.; exinde *rimares* eruit *R. B.*; Stat. Theb. I, 572.

Pag. 23. l. 26 [= 502.]

SECT.
1.

Edat ut diphthongon unam de duabus vocalibus]

Versus in nimiam longitudinem excurrit. Pro *vocalibus lege vocalis*¹⁴ juxta usum quem hæc vox alibi apud Terentianum sortitur. Pag. 10. l. 22 [= 116.]

E, quæ sequitur, vocula dissona est priori.

Pag. 24. l. 22 [= 528.]

*Quando sic Græce notatur ut sit OY et Y simul ;
Iota queis si prælocetur, tres videmus vocalas,
E quibus constare supra syllabam negavimus.*

*Pag. 25. l. 12 [= 548, 549.]

6

*Namque si momenta quæ sint literarum examines
Consonantum, aut quas necesse est consonantes effici ;]*

Ita locum hunc emendavimus ipsa sententiæ vi adducti. Vulgo *Consonantem* legitur, et post *examines* distinguitur ; hanc autem scripturam deceptis librarii scribentis auribus acceptam refero.

Mira decore pio servabat nata penates—Edd. *pios R. B.* conf. *R. P.* ad Ph. 1521. *Lucan.* Phars. 1, 176. *hinc leges et plebiscita coactæ ;* PLEBIS SCITA *coactæ e codice Puteano et tribus suis R. B.* *Sil. Ital.* xi, 187. *mortis* edd. *mortis R. B.* *Seneca* Herc. Fur. 842. *Cum longæ redit hora noctis, nocti.* R. B. T. 1, p. 47. l. 15. *crudelitatis* edd. *crudelitati.* p. 623. l. 2, 3. *ignorantis vulgo, ignorantanti R. B.* T. II, p. 731. l. 8. *multa—multas R. B. M. Capell.* p. 213. *Nazo "Leg. Naxos."* R. B. *Macrobb.* Sat. II, p. 287. *Laberii* Prol. v. ult. *Sepulcri—sepulcris.* R. B. VII, p. 378. *indutus Achillis—Achilli.* R. B. VI, p. 455. ed. Pontan. *Virtuti is par. "l. sis."* R. B. Conf. ad Hor. *Carm.* l. xvi. 5, 6. IV, II, 6. *Serm.* 1, III, 26. V. *Paterc.* II, XXII. *neque licentia immediocri scavitum.* Bene

Acidalius scripsit : *in mediocris.* D. R. Cic. in Lucullo Vol. II, cxliii, p. 55. ed. *Verburg.* *Hic igitur neutri assentiens, si nunquam, uter est prudentior.* Sic forte scribendum est ; *hic igitur neutri assentiatis ;* *ain unquam, uter est prudentior.* Sed vid. infra ad p. 301. "Franciscus de Verulamio vicecomes O. S. T. Albani Almæ Matri Incl. Academiæ Cantabrigiensi S. *Affuerit proculdubio et Affulserit divini luminis gratia, si humiliatâ et submissâ Religioni Philosophiâ, Clavibus Sensus legitimè et dextrè utamini,*"—Sic in autographa quadam epistola, quam ipse vidi ; *submissâ Religionis Philosophiâ,*—nullo sensu, obsidet editiones omnes, quarum mihi copia obtigit.

14. "Eadem confusa erant v. 139." et *voculam e* conjectura restituit *Santenius.*

SECT. Pag. 27. l. 18 [= 614, 615.]

I.

— *Ita vacabit, ut vacabunt quando plures consonæ
Sponte productam sequentur non egent subsidiis*

Duobus his verbis *egent subsidiis* adversus syntaxin et prosoediam peccatum est: alterum, quod nihil orationi insit quo verbum plurale *egent* ita referri possit, ut ulla exoriatur sententia: alterum quod *subsidiis* secundam producat. Monet quidam (quem Commelinum esse nuper didici) legisse Mycillum, *non egent quia subsidiis*.¹⁵ Atque hoc quidem pacto

15. "Veteres in nominibus substantivis exeuntibus in *ius* vel *ium*, semper Genitivos casus *i* simplici efferebant; nunquam *Auxilii, Consilii, Imperii, Negotii*; sed *Auxili* [Hor. Epod. I, 21.] *Consili* [Carm. III, IV, 65.] *Imperi* [I, II, 26. IV, XV, 14. Noris. ad Cenotaph. Pis. pp. 454, 5. 477.] *Negoti* [Serm. I, II, 80. X, 6.] Sic in Virgilio legas *Peculi* [Buc. I, 32. A.P. 330.] *Tuguri* [69.] *Patavi* [Æn. I, 247.] *Lavini* [258. 276. VI, 84.] *Mezenti* [XI, 7.] *Capitoli* [IX, 445.] Si quid aliter apud Virgilium, aut Horatium, aut priorum poetarum quemquam feratur, mendosum esse de plano affirmat BENTLEIUS; sicut Ennii illud apud Ciceronem de Senectute, *O Tute, si quid ego adjuro curamve levasso, Æquid erit pretii?* Codices quippe alii *præmi* habent, quæ vera lectio est: "quamvis *Æquid erit pretii* sine suspitione usus est R. B. die Julii xxiii, M.DCC.VIII; vide Epist. ad Kuster. in Mus. Cant. No. VII, p. 426:— et in editione tertia Horatii sui Serm. I, IV, 70. *Capri* reposuit, ut, vineta sua cædens, docuit ad Ter. Andr. II, I, 20. vir summus. *Capri* autem dudum legerat

SALMAS. in Plin. Exercit. p. 860. a. C. Bono oblato uti aut nescivit aut noluit *Tunstallus* ad Middletonum p. 191. In Æn. V, 117. *Memmi* nominativus est pluralis; et in Æn. IX, 151. *Palladii* a Virgilio esse non potest: sinceram formam *Palladi*, pedem nempe Creticum, metri lex respuit: in castris Trojanorum nec *aræ* erat *summa*, nec *Palladium*. Versum adleverat marginilibrarius e libro II, *Palladium cæsis summæ custodibus arcis*,—"Primus ex Poetis, qui hodie extant, Propertius bis vel ter, Ovidius sæpissime, et post eum alii omnes geminum *i* usurpant. Sub Augusti scilicet senescentis ætate mutatio ista facta est." R. B. ad Ter. Andr. II, I, 20. nepotis Præ. ad Manil. XIII. et Brunckii præf. ad Virg. VI. Auctoritatibus a Brunckio allatis adde, *Acci* Hor. Serm. I, X, 53. A. P. 258. *Ædifici* apud Noris I. c. *Ærari* apud Gruter. Inscript. 2. 26. 214. 396. 408. *Afrani* A. P. 59. Epist. II, I, 48. *Albi* Serm. I, IV, 109. *Albuci* II, I, 48. II, 67. *Antoni* Serm. I, V, 33. Juv. Sat. X, 123. *Appi* Serm. I, V, 3. Cic. de Offic. II, XVI, 11. et Comm. Mediol. ad fr. or. in Clod. pp. 19. 22. *Appuli* Epod.

ii, 42. *Arbitri* Sen. Med. 137. *Arri* Serm. II, III, 86. 243. *Bari* Serm. I, V, 97. *Birri* IV, 69. *Canusi* I, V, 91. II, III, 168. *Cassi* Serm. I, X, 62. Comm. Mediol. ad Cic. or. pro Sylla p. 81. *Caudi* Serm. I, V, 51. [*Clarii* consulto omisi; vide *Homeridas* passim, *Callim.* h. ad *Apoll.* 69. *Apoll.* Rhod. I, 308. *Nicandri Theriac.* 958.] *Claudi* Fr. Mediol. ad Cic. or. pro Scauro, p. 8. *Clodi* Comm. Mediol. ad fr. Cic. or. in *Clod.* pp. 9. 14. et pro *Plancio* p. 110. *Clusi* Æn. X, 167. *Cæli* Serm. I, IV, 69. et *Virg. Buc.* III, 104. si sit *Mantuani* cujusdam nomen. *Congiari* apud *Noris* I. c. *Conjugi* Sen. Med. 481. *Agam.* 155. *Coronari* apud *Noris* I. c. *Dauni* Carm. I, XIV, 26. *Desideri* Epod. XVI, 80. *Dionysi* Serm. I, VI, 38. [*Edonii* *Boreæ* Æn. XII, 365. codices fere omnes; *Edoni* B. reposuit *Brunchius*: *Stadius Theb.* V, 78. *Dulcius* *Edonias hyemes, Aretlonque frementem*: *Servius* autem ad Æn. I. c. *Tristius Edonias hyemes Hebrumque nisalem.*] *Enni* Serm. X, 54. A. P. 56. 259. [ad Carm. I, XXIX, 13. formam *Enni*, ut *Panæti*, suo Sermone consulto immiscuit R. B.] *Fabi* Serm. I, VI, 72. Cic. or. fr. pro *Tullio*, p. 24. *Favoni* *Catull.* de *Nupt. Pel.* et *Thetid.* 282. Carm. I, IV, I. *Flavi* Serm. I, VI, 72. *Fluvii* Æn. III, 702. [immo *Fluvio* in R. P. Opusc. p. 309. et *Cens. menstr.* (*Month. Rev. May*, 1811. p. 112. *Correspondence*;) eandem emendationem *Vir* eruditissimus, *S. Parrus*, jam dudum suggererat; sed postea versiculum totum quasi spurium aut a *Virgilio* tantum inchoatum, obelo notavit; cui libenter accedo: *Thucyd.* VI, 4. καὶ τῆ μὲν τέλει ἀπὸ τοῦ Φέλα ποταμοῦ τοῦτρομα ἐγένετο. R. B. quidem in

Resp. ad *C. Boyle* p. 95. versum SECT. I. sine suspitione citavit; sed hujusmodi formas nondum [1699] exculperat *vir summus*; nam [1709] in *Enni* fr. apud *Cic. Tusc.* III, XIX. *exili* ob metri rationem maluit, in qua *D. R.* ad *Rut. Lup.* p. 97. sequentem habet; et *Furi Davisium* idcirco voluisse ad IV, XIV. innuit.] *Gai* Carm. IV, VI, 44. *Noris* I. c. *Galloni* Serm. II, II, 47. *Imperi* Carm. I, II, 26. *Sen. Thyest.* 526. *Hipp.* 268. *Pseudo-Sen. Phœn.* 296. 661. *Octav.* 483. 601. et *Cod. Vat. Fr. Cic. de Republica.* *Ingeni* Carm. I, VI, 12. II, XVIII, 9. *Laberi* Serm. I, X, 6. *Livi* Epist. II, I, 62. 69. *Luci* *Noris* I. c. *Lucili* Serm. I, X, 2. bis. 56. II, I, 29. 75. *Quintil. Inst. Orat.* I, VII, 19. *Cod. Guelf. Lucreti Pseudo-Sen. Octav.* 302. *Mari* *Propert.* III, IX, 46. *Messi* Serm. I, V, 52. 54. *Meti* A. P. 387. *Minuti* *Lucan. Phars.* VI, 126. *Sil. Ital.* VII, 386. 523. [*MINUCI* fortasse pro *Minei* (nomine apud Romanos inaudito) initio MS. *Cantab. M. M. Capellæ. R. B.*] *Negoti* Serm. II, I, 80. Cic. fr. pro *Scauro* p. 19. pro *Tullio* pp. 28, 9. *Numici* Æn. VII, 797. *Orbi* Epist. II, II, 160. *Oti* Serm. I, IV, 138. et *Cod. Vat. Cic. Fr. de Republica.* *Panæti* Carm. I, XXIX, 14. *Patrimoni* Serm. II, III, 90. 226. *Perilli* I, IV, 91. X, 26. *Planci* Comm. Mediol. ad Cic. or. pro *Plancio* pp. 94, 5. *Pompei* *Heusinger.* ad Cic. de *Offic.* II, XVI, 11.* et fr. or. pro *Scauro* p. 11.; conf. Comm. Mediol. ad Cic. pro *Plancio* p. 114. in *Vatin.* p. 124. pro *Marcello* p. 132. pro *Ligario* p. 134. bis. pro rege *Deiotaro* p. 136. *Pompili* Carm. I, X, 34. *Racili* Cic. fr. or. pro *Plancio* p. 109. *Rosci* Cic. pro *Archia* p.

SECT. metricæ integritati consultum est; restat vero sententia plane nulla. Quod si legas, quo modo vix

59. *Rupili* Serm. i, vii, 1. 19. *Silenti* Serm. ii, vi, 58. *Somni* Æn. vi, 893. *Staberi* Serm. ii, iii, 84. 89. *Sulci* Serm. i, iv, 70. *Supercili* Sen. Hipp. 799. *Tarquini* Carm. i, x, 35. Sed *Ennii* Annal. fr. p. 54. *Tarquini corpus bona femina lavit et unxit: Donatus* autem ad Terent. Hecyram. *Exin Tarquinium bona femina lavit et unxit.* "Nescio tamen an persynizesin *Tarquini* producere liceat, cum sic in trisyllaba voce prior i consonans fiat." *L. Santen.* in H. Balb. p. . Nollem hujusmodi argutiæ e viro in re metrica solertissimo excidissent. *Terenti* Serm. i, ii, 20. Cic. et Cæsar in vita Comici apud Sueton. et in Anthol. Lat. Burmanni i, 410. *Tiberi* C. Gracchi apud Comm. Mediol. ad or. pro Sylla p. 77. *Tigelli* Serm. i, ii, 3. iv, 72. x, 80. *Tulli* Serm. i, vi, 9. Comm. Mediol. ad or. pro Archia pp. 54. 58. *Tyrrhi* Æn. vii, 532. *Valeri* Serm. i, vi, 12. "Nigidius Figulus, Romanorum a Varrone doctissimus, apud Gellium xiii, 24. *Voculatio*, inquit, *qui poterit servari? si non scimus in nominibus, ut Valeri, interrogandi sint an vocandi. Nam interrogandi secunda syllaba superiore tono est quam prima; deinde novissima dejicitur. At in casu vocandi summo tono est prima, deinde gradatim descendunt.* Explicante ibidem Gellio, *Voculatio* apud Nigidium est, quem *Accentum* nos dicimus; *Casus interrogandi*, quem nos *Genitivum*. Ergo Nigidii ætate, qui post Augustum natum vixit, a Nominibus in *ius* nulla erat distinctio Vocativi et

Genitivi, nisi solo accentu: A recto *Valerius*, Vocativus *Váleri*, Genitivus *Valéri* pronunciabatur." *R. B.* ad l. c. *Valgi* Quintil. iii, vi, 17. MS. Goth. *Vatini* Comm. Ant. ad Cic. or. in Vatin. p. 122. *Venefici* Epod. xvii, 58. *Viselli* Serm. i, i, 105. *Volusi* Catull. xxxiii, 1. xc, 7. *Hæc putavi colligenda, tu sequere, quod voles.* Formas "*Enni, Horati, Læli, Mari, Opimi, Pacuvi, Pompili, Tati, Valeri,*" in Cod. Vat. fragm. Cic. de Republica plerumque reperiri testatur *A. Mæus.* Conf. quoque *Charisium* coll. 59, 60. 113. Probabilia conjectura sequens ex hac re pertenuè argumentum ad auctoris incerti ætatem stabiliendam attulit *Thomas Bentleius.* Patet enim Conditorum Astronomicorum, quæ sub nomine *Manilii* vulgo feruntur, hæc formas sæpissime usurpasse; alteras vero per geminum i, quæ non parum commoditatis inter scribendum ei præbuisent, semel modo, si locus sit sanus, comparere; poetamque idcirco ex patris sui præstantissimi monito temporibus Augusti viguisse ei verisimile fit. "Quod si in poetis hoc ubique obtinuit, quis dubitet quin idem obtinuerit in oratione soluta? Cicero itaque sic semper locutus est: quod maxime attendendum est eis, qui numeros oratorios cupiunt intelligere." *R. B.* ad l. c. Hanc aureæ ætatis consuetudinem e *Norisio* didicisse videtur *R. B.* Si quis naviter pertendat, "Cur aliud alio potius rectiusque esse dicas, non sane intelligo.—Noli igitur laborare utrum istorum debeas

dubito quin scripserit Terentianus, *non egentem* SECT. L
subsidi; uno negotio sanum trochaicum ac sententiam quam maxime perspicuam habebis: *ut vacabunt quando plures consonæ sponte productam syllabam sequentur*, ac proinde *non egentem* vel earum vel alius *cujuspiam subsidi*. Cæterum hujus * emenda- 7
 tionis siqua sit laus, ea viro cuidam doctissimo¹⁶ mecum communiter debetur: cui cum in manus quæ hic dicta sunt perlegenda tradidissem, ipsum interim cognovi eodem modo hunc locum refinxisse.

Ib. l. 22 [= 618.]

I media quum locatur hinc et hinc vocalium]

Pag. sequente l. 4 [= 630.] istud occurrit:

V similiter si conlocetur, ut favor quum scribimus.

Syllaba una *con* perperam locata duos versus contaminavit. In priore utique desideratur; in altero redundat. Tu deinceps lege, *I media quum conlocatur*:¹⁷ et, *V similiter si locetur.*

Pag. 31. l. 12 [= 728.]

Namque equos, vel æquor, quæstus, aut aquam quom scribimus]

Lectio recepta contra metri trochaici rationem in sede tertia spondeum præfert. Quod ut deinceps evitetur, legendum est,

Namque equos, æquorve, quæstus. —

dicere; nam, cum id genus sis, quod video, ut sine jactura tui pecces, nihil perdes utrum dixeris." Gellius XIII, XIX.

16. Fortasse, Joanni Taylora, LL.D. Legum Aticarum in-
 stauratori felicissimo.

17. Ibid. p. 17. l. 4. [= 299.]
 sic citat Servius ad Geo. II, 519.

Quos super insidens trapetos *signa gyris temperat*—Legendum est vero, Quo super sedens trapeto, *signa gyris temperat*—Annon tibi cavebis de Servio qui unum infelicissimum trochaicum tribus infortunis mactavit? TAYLORUS. *Supersidens* ex Veneto assumpsit *Santenius*. qui ad 987. observat "Servii ætate Terentiani exemplaria esse corrupta."

SECT. Pag. 32. l. 5 [= 751.]

I
— Quando non digammi sumit neque figuram neque sonum]

Huic etiam versui, cum eodem morbo laboret, similis facienda est medicina :

Quando non sumit digammi—

- 8 *Pro altero autem neque malim nec. Quanquam enim in septima trochaici sede tribrachys legitime venire possit, a Terentiano tamen ibi, quod meminerrim, nusquam adhibetur.

Pag. 34. l. 19 [= 825.]

Titulus præscribet iste discolor sinopide]

Vox titulus prima producta contra artem hic usurpatur. Repone,

Titulus en! ¹⁸ præscribet iste

Pag. 35. l. 17 [= 852.]

Neu subesse præter istos, quos loquar, casus alios]

Principio, in versu hoc ultima syllaba redundat. Deinde, neque in præcedentibus nec sequentibus quidquam extat, quo referri possit *casus alios subesse*. Habetur autem in variis lect. *casus plures*. qua de scriptura *male* pronunciavit Commelinus. Quasi vero idem *male* de vulgata itidem dici non posset! At homini profecto bene esse velim, qui alteram

18. "Hodie malim, Titulus, ut"—R. D. *Curæ sec.* apud Burgess. Catullus de Atys, 68. Egone deum ministra, et Cybeles famula ferar? Egon'ut . . . Cybebes R. B. [Æn. vi, 780. Viden'ut geminæ stant vertice cristæ?] *Cybebes* Catull. Atys. 9. [typanum, tubam Cybebes, tua, Mater, initia. *Cybelles Brunckius* in

Append. ad A. Rhod. i, 1139.] 20. 35. *Cybebe* 84. 91. Virg. Æn. x, 220. [Br. ad l.] *Cybeben* Sil. Ital. Pun. viii, 365. ix, 293. xvii, 8. *Cybebeæ* Sen. Troad. 72. *Cybelæ* Æn. III, 111. R. B. Conf. eundem ad *Fr. Gacon*, p. 218. ad *Lucan. Phars.* i, 600. et *N. Heins.* ad *Prudent. Peristeph.* x, 196.

illam nobis conservavit. Quippe ex ejus vestigiis, SECT.
utcumque ipsa sit vitiosa, veram tamen certissime 1.
instauratum iri confido. Itaque lego,

Neu subesse præter istos, quos loquar, casus putes.
Postquam hæc scripseram à viro doctissimo¹⁹ certior
factus sum in codice MS. *plures extare.*

* Pag. 37. l. 14. [= 909.]

9

*Quæ sonum nobis ministrat, σιγμα quod Græcis
solet.]*

Hoc modo scripsisse Terentianum nemo unquam
mihi persuaserit. Rescribendum vero confirmare
ausim,

*Quæ sonum nobis ministrat, σιγμα quem Græcis
solet.*

Extat autem locus plane gemellus pag. 21. l. 7. [= 423, 424.]

*Αλφα semper atque Ιωτα quem parant Græcis sonum
A et E nobis ministrant: sic enim nos scribimus.*

Quem locum qui continuo excipiunt, versus cum in-
signiter corrupti sint, iis itidem medicam hic manum
libet admovere. Ii autem in editione, qua sola utor
Sanctandreana, sic repræsentantur, [425—429.]

*OI similiter O et E fit, Ιωτα quod Græcum fuit.
AU et EU quum copulamus, U secundam jungimus,
In vicem Græcæ: quod υψιλον subdita est vocalis U.
Græca diphthongos OY literis tamen nostris vacat:
Sola vocalis quod U complet hunc satis sonum.*

Versus primi metrum quidem est integrum, senten-
tia vero et constructio nulla. Rescribo,

O similiter Ov; et E fit, Ιωτα quod Græcum fuit.

* Nempe Ov literæ Græcæ O nomen accipi volumus, 10
quemadmodum apud veteres obtinebat. Qua de re

19. Joanne Taylora.

SECT. I. Calliæ versus à Cl. Casaubono ad Athenæum³⁰ laudatos libet describere atque emendare :

20. Calliæ Ἀθηναῖος κωμικός, Ol. LXXXVII, 1. vixit; ἐποίησε τὴν καλουμένην Γραμματικὴν θεωρίαν, X, 453. F. 7. conf. p. 448. B. VII, 276. A. "Calliæ versus, quos alii tanto molimine emendatum iverunt, eosdem facile et simpliciter restituit TYRWHITTUS. 'Calliæ versus,' inquit vir doctus, 'quosdam a Cl. Casaubono ad Athenæum laudatos describit atque emendat Dawesius. Melius fecisset, si locum ipsum, ut ab Athenæo representatur, simul descripsisset. Is igitur sic se habet.' Athen. L.

x. p. 453. [F.] Ἀλφα μόνον ὦ γυναῖκες εἴτε δευτερόν μόνον λεγέιν χρῆ καὶ τρίτον μόνον γ ρεῖς εἴτ ἀρα φῆσω τὸ τέταρτον ταυ μόνον ἰωτα πεμπτόν ὄν τὸ θ ἕκτον ὦ μόνον λεγε λοισθίων δε φωνῶ σοι τὸ ὦ τῶν ἑπτα φωνῶν, ἑπτα δ ἐν μέτροις μόνον. Hæc autem quicumque sine præiudicio perlegerit, videbit, opinor, Athenæi verba, quæ viri docti in quinque Trochaicos versus omnibus tormentis admotis cogere moliti sunt, in sex versus Iambicos sponte distribui posse. Sic,

Ἀλφα μόνον, ὦ γυναῖκες, ΕΙ
τε δευτερόν

Μόνον λεγέιν χρῆ καὶ τρίτον
μόνον γ ρεῖς

ΗΤ ἀρα φῆσω καὶ τὸ τέταρτον
αυ μόνον

ΙΩΤΑ πεμπτόν ΟΥ, τοθ ἕκτον
Υ μόνον

Λεγε λοισθίων δε σοι μόνον
φωνῶ τὸ Ω

ΟΙ Τῶν ἑπτα φωνῶν ἑπτα δ ἐν
μέτροις μόνον.

In his viz littera mutata est, nisi
in v. 3. et 5. In quorum primo

καὶ ex emendatione Casauboni
recepti; in altero μόνον inserui,
tam sensu quam metro postulante,
Per μόνον autem vocalem, nec
simpliciter nominandam ut sonat,
cum Casaubono, neque μο-
νοσυλλαβον cum Dawesio intel-
ligo, sed solam, per se enunci-
andam. In recensendis scilicet
vocalibus, unamquamque sigil-
latim et per se efferendam esse
monet qui loquitur, quisquis ille
est. Nam duos hic loqui mihi
minus probabile videtur: adeoque
in v. 3. pro φῆσω libenter lege-
rem φῆσεις, vel sic φημι σοι τὸ τ.

Observandum est autem, locum
hunc, ut ab Athenæo representatur,
ad Dawesii argumentum
æque facere ac illa quæ a Casaubono
interpòlata sunt. Unde
verisimile fit Dawesium Casaubono
secure nimis fidentem, Athenæum
ipsum non satis diligenter
inspexisse. Quod sane in homine
Critico non probò: Qui, opinor,
neque ipse ulla etiam summorum
virorum emendationes, quas vocant,
ita amplecti debet, ut non eas ad
antiquam locorum scripturam exigat,
neque aliis tradere, nisi cum
antiquis lectionibus simul descrip-
tis. Burgessius." 1. εἰ τε δευτ.
Cod. Venet. A. 3. ἦταρα et τ' αὖ
Idem; φῆσω σοι maluit Schweigh.
4. ὄν Casaub. operarum errore:
ὄν Ald. et Bas.; οὐ. A. 5. φανῶ
Casaub. et A: φωνῶ Ald. et
Bas. 6. — ἑπτά δ' ἐν μέτροις
μόνον. Recte; Ter. Maur. p. 22.
l. 4. = 450—52. Litteram namque
E videmus esse ad Hra proximam;
Sicut O et Ω videntur esse

vicinae sibi; Temporum momenta distant, non soni nativitas:—
 Hinc E quidem EI, O autem OY veteres nominasse discant pueri; *Achæus* apud Athen. xi, 466. E.. Inscript. Potidæa l. 7. **ΕΧΟΣΙ ΤΑΦΟΜΕΡΟΣ** i. e. ἔχουσι τάφον μέρος Baudelot. Inscript. I, **ΘΟΚΙΔΙΔΕΣ**, et II, **ΘΟΚΥΔΙΔΕΣ** epigraphæ II. E et O, quæ sacrum annum, ut arbitror, antecedunt, et Plutarchus in libello περὶ τοῦ Ε τοῦ ἐν Δελφοῖς nos eadem docent. Fragmentum Lex. Gr. apud Hermann. de Gramm. Gr. p. 320. Πάντες οἱ Ἀρχαῖοι ἀντὶ τοῦ ὁ στοιχείου τῶ οὐ ἐχρῶντο, ἀντὶ δὲ τοῦ εἰ τῶ εἰ. καὶ ὅπλον εἶς τοῦ εἰ τοῦ ἐν Δελφοῖς ἀντὶ τοῦ εἰ λαμβανόμενον. *Ausonius* ad Paulinum: Una fuit quondam, qua responderet Lacones, Littera, et irato regi placuere negantes; conf. Quintil. Inst. Orat. I, vii. et Valck. ad Adoniaz. p. 262. Iterum; Ω quod et OY Græcum compensat Romula vox O. Nigidius nimium truculentus in Græcos exarsit, dictans apud A. Gell. xix, xiv, “Græcos non tantæ incitæ arcesso, qui OY ex O et Y scripserunt, quantæ, qui EI ex E et I. Illud enim inopia fecerunt; hoc nulla re subacti.” Nimirum nomen OY indiderunt, ut illud a vocali longa distinguerent; sed E nominabant EI, ut sonus τοῦ ἰῶρα, quem medium inter E et ἴηρα occupat, dilucide efferatur. —Nudam vero potestatem vocabulum Y et Ω pro nominibus fuisse monet Plato in Cratylō, I, p. 393. D, E. H. St. Apagæ ergo ista inficeta sæculi decimi et quarti additamenta μικρὸν, ψῆλον et μέγα, quæ incautam juventutem in errorem trahunt; duo enim priora corruptis tantummodo locis, postremum autem nulla auctoritate

nititur: Iph. Aul. 1580. Ἐμοὶ δὲ SECT. I. ἴ' ἀλγος οὐ μικρὸν εἰσέει φρενί, seu φρενᾶ, hunc versum reformare nihil aliud esset quam mortui cineres fœdare; vide Valck. ad Ph. 1379. et R. P. Suppl. ad Pa. in Eur. xxiii. Si afferat quispiam Menandri *Aspid.* fr. 3. apud Cler. p. 26. Στρατιώτην καὶ μικρὴν σωτηρίας Ἔστ' ἔργον εὐρεῖν πρόφασιν, ὀλέθρον δ' εὐπορον has vepres, R. B. duce, nullo negotio perumpamus; Στρατιώτην, Σμικρὴν σωτηρίας Ἔστ' ἔργον εὐρεῖν πρόφασιν, ὀλέθρον δ' εὐπορον. *Deisidæm.* fr. 2. apud Clem. Alexandr. p. 712. ed. pr. = 842. Potter, *Eisôtws γ', ὃ φλήναφε, Σακρός γὰρ ἦν οὐ δὲ σμικρολόγος οὐ θέλων Καινὰς πρίασθαι.* Conf. *Grot.* Excerpt. p. 715. Cler. p. 40. R. B. N^o. 43. et Br. ad Aristoph. *Plut.* 240. (*Month. Rev.* March, 1806, p. 235.) Ex hujusmodi reliquiis, quæ tantum non perierunt, nihil extundere queo. “Cæterum,” ut Casauboni illud occinam, “integram hujus loci sententiam parati sumus illi aperire, qui integrum Menandri drama nobis exhibuerit. Dura admodum et difficilis conditio, inquires. Nostra longe durior, si ex pauculis et sæpe corruptis [et Patris textu permistis], aut negligenter a Clemente descriptis verbis, integram semper poetæ sententiam divinare necesse habeamus.” Ad Athen. p. 97. Si Sophoclis codex surgeret, qui daret *Œd. Col.* 880. Τοῖς τοι δικάσις χῶ ΜΙΚΡΟΣ νικᾷ μέγαν, aut Eur. qui exhiberet *Or.* 748. ἦ Θανίην ἦ ζῆν' ὁ μῦθος δ' οὐ μικρὸς μικρῶν πέρι. hanc glossam defensum irent librariorum patroni, et nihil temere audendum ingeminerent. Idem Comicus apud Clem.

SECT. I. Alexandr. iv. 20. p. 524. A. ed. Paris.—p. 620. Potter, μικροῦ Μὲν ἀρράβων' εὐθύς μ' ἔπεισε καταβαλεῖν. Sic "ex trochæis haud dubiis pessimos fecit senarios" Clericus p. 282. Digessit Bentleyus N^o. 247. Καὶ μικροῦ μὲν ἀρράβωνά μ' ἔπεισεν εὐθύς καταβαλεῖν et Verborum ordinem ab Etym. M. servatum non turbavit ὁ πάνυ Pearsonus ad Symb. p. 663. Sed "pedem dactylum ante finalem iambum admiserunt Comici raro et pudenter;" R. P. Ρη.Æ. xlix. et apud Walpole, p. 112. Sed vide omnino Græcarum Literarum apud Cantabrigienses Professorem [P. P. D.] in Addend. ad Ar. Plut. 147, (101).

ἐ-ῶ-ψιλόν. Menander apud Pol-luc. x, 12. Cler. p. 150. Ὡς ἔστη μαλακὰ συλλαβῶν Ἐκ τῆς πόλεως τὸ σύνολον ἐκπῆδα, ψιλός. In sesquisenario dactylus quartum locum occupat; et illud ψιλός e conjectura Kuhnii, "in prosodia plane hospitis," adscivit bonus Clericus. In vetustis Pol-lucis editionibus ὁ ἔστι μάλα καὶ σ, et pro ψιλός, φίλος. Hinc eruit R. B.—ὅς ἔστι μαλακὰ συλλαβῶν, Ἐκ τῆς πόλεως τὸ σύνολον ἐκπῆδα, φίλος. R. B. ad T. H. p. 91=291, et ad Menandr. p. 62.

Ωμέγα In Aroc. D. Joan. xxii, 13. MSS. apud R. B. ἐγὼ τὸ Ἄλφα καὶ τὸ Ὡ. "Ego sum Alpha et O. nam parvum quidem O vocabant OY, ultimæ autem litteræ idem nomen et potestas erat." Muret. V. L. xviii, 1. Ausonius, Et suprema notis ascribitur Argolicis Ω. Prudentius Cathem. hymn. ix, 10. Corde fusus ex parentis ante mundi exordium,

Ἄλφα et Ω cognominatus, ipse fons et clausula Omnium, quæ sunt, fuerunt, quæque post futura sunt. et Paulinus de litteris iisdem, Ἄλφα ἰτίδὲμ μὴι Χριστὸς et Ω, qui summa supremis Finibus excelsi pariter complexus, et imi, Victor, et inferna, et pariter cælestia cepit. Conf. Schol. ad Plat. p. 44. Scaliger. ad Euseb. p. 120. Pears. ad Symb. pp. 247, 8, 9. 266. R. B. ad Hor. Carm. i, xxv, 11.—Addere libet, τὸν τὸ γράμμα, τὸ Δωριέες μὲν Σὰν καλέουσι, Ἴωνες δὲ Σίγμα Herodot. i, 139. quem in Censore Britannico haud ita pridem citavi (Brit. Crit. June 1806. p. 662.) De figuris τῶν Η [ΕΕ] et ω [∞] nimium excogitando nihil excogitavit vir eruditissimus l. supra c.: forma enim jamdudum repertam aspirationis loco usurpabant Attici; et ante receptam Ionum scribendi rationem vocales longarum vicem obeuntes pingebant sic; ε̄ ὄ. Diomedes ad Dionys. Thracem, p. 780. Ὅτε ἤθελον γράψαι ἔχουσαν ἐκφώνησιν τοῦ Η λέξιν, ἔγραφον τὸ Ἐ, καὶ ἐπάνω τοῦ Ἐ τὸ σημεῖον τῆς μακρᾶς. Ὅτε δὲ τὴν ἐκφώνησιν τοῦ Ω, ἔγραφον τὸ Ὠ, καὶ ἐπάνω τοῦ Ὠ, τὸ σημεῖον τῆς μακρᾶς. Idem in Plutarch. de Orac. defectu ii, 426. F. nil proficit. Hic ago tibi, venerabilis scholæ Mercatorum-Scissorum juventutis ductor, maximas gratias, pro tua mansuetudine debitas et delatas, qui me olim in hisce rebus minutis adolescentulos in via comiter monstrata ducentem benigne aspexeris. Reliquas litteras, ut hodierni, plerumque enunciabant Attici; Aristoph. Eccles. 680. Καὶ κηρύξει τοὺς ἐκ τοῦ ΒΗΤ ἐπὶ τὴν στωῶν ἀκολουθεῖν τὴν Βασίλειον δευπνήσαντας τοὺς

- A. ΑΛΦΑ πρώτον, ω γυναίκες, ΕΙ το δεύτερον μονον SECT.
I.
Χρη λεγειν' τρίτον δε μονον ου χρη λεγειν, αλλ ΗΤ ερεις
B. Αρα φησω και το τεταρτον αυ μονον; A. Ουκ' ΙΩΤΑ
γουν.
B. Τι δε το πεμπτον; A. Πεμπτον; ΟΥ. το δ' έκτον Υ
μονον λεγε.
Λοισθιον Ω των επτα φωνων, επτα δ' εν μετροις μονον.

Quæ verba sic interpretatur vir præstantissimus. *Prima vocalis Αλφα nominatur: secunda Ει tantum: tertia non per se dicitur Η, sed Ητα. Quid quarta? an simpliciter nominanda est ut sonat? Non: quin potius Ιωτα dicendum. Quid quinta? Quinta Ου. sextam Υ tantum dicit. ultima est Ω septem vocalium: quæ quidem non sono sunt septem, verum τη προσωδια tantum et temporum ratione. At enim videtur vir Cl. verbi μονον notionem minus recte hic cepisse, nempe ut indicet vocalem simpliciter nominandam esse ut sonat. Neque enim istud de vocali E dici potest. Ea utique non jam ut sonabat, sed uti hic docemur EI nominabatur. Itaque per μονον intelligo μονοσυλλαβον. Calliæ autem versus tertium atque ultimum sic refingi velim:*

* Αρα φησω και μονον το τεταρτον; ²¹ Ουκ' Ιωτα γουν 11
Λοισθι' Ω.

h. e. λοισθια ²² ad φωνη referendum, id quod et ipsa sermonis ratio postulat. Alterum vero istud λοισθιον

Θηρ' εις την παρὰ ταύτην'*****
Τούτ' ε' εκ του Κάππ' εις την
στων χωρειν την 'Αλφιδόπωλον,
Thesm. 788. τουτ'ι τὸ ΡΩ μοχ-
θρόν. Adde, Aratus ap. Br. An.
Gr. I, p. 253. ii. Αιάζω Διώτιμον,
ὅς ἐν πέτραισι κάθηται Γαργα-
ρίων παισίν Βῆτα καὶ Ἄλφα λέγων.
Conf. Scaliger. ad Euseb. pp. 111
—122. Consulas, si otio frueris,
EDWARDUM WARING, Analytico-
rum, si rite audita recorder, facile
principem in tentamine suo p.
237. de his latibulis disserentem:
adeo verum est quod cecinit Co-

micus Av. 1422. ΕΡΔΟΙ ΤΙΣ,
ΗΝ ΕΚΑΣΤΟΣ ΕΙΔΕΙΗ ΤΕΧ-
ΝΗΝ. Conf. Hor. Epist. I, xiv.
44. Scaliger ad Propert. p. 206.
Lennep. ad Phalarid. p. 246.

²¹. " *Lege, και μονον τεταρτον. Pauca autem exempla, quæ dactylum in versibus trochaicis representant, alias ad examen revocaturus sum.*" R. D. Curæ sec. apud eruditissimum Editorem; conf. R. D. in Append. p. 21*.

²². Hic λοισθια ad φωνη, ut λοισθιον ad γράμμα referendum

SECT. I. των φωνων perindē sonat ac si Latine dicas *ultimum vocalium*. Pro ΟΥΚ· ΙΩΤΑ autem legi etiam potest, quod et facile prætulerim, ΟΥΧΙ· ΙΩΤΑ. ut το Ιωτα disyllabum Υôta²³ efferatur; quo modo ubique enunciandum adhibuit Terentianus. Ad quem nunc redeundum est.

Versus tertius adversus metri rationem peccat. Nempe υφιλον sequente consona sex temporibus constat. Alterum porro istud jure quis reprehenderit, quod vocalis quæ apud Terentianum Υ constanter audit, recentiori hic nomine υφιλον appelletur. Reponendum autem censeo:

In vicem Græcæ quod Υ sic subdita est vocalis U.
Quartum, uti a viro doctiss.²⁴ nuper cognovi, repræsentat codex MS.

Græca diphthongus sed ΟΥ literis nostris vacat.
Unde liquet vocalam tamen retineri neutiquam oportere. Proinde alteram autem sic potius inseruerim:
Græca diphthongus sed autem ΟΥ literis nostris vacat.

12 *Conjunctæ reperiuntur vocalæ sed autem Plaut.
11 Rud. II. v. 15.

Sed autem,²⁵ quid si hanc hinc abstulerit quispiam
Sacram urnam Veneris?

in Eur. Theseo apud Athen. x, 454. D. 1. Τὸ λοιπὸν δὲ τῶ τρι-
την προσεμφορέε.

23. *Giota vel Yota* Taylorus ad Lect. Lys. p. 721. in margine exemplaris Marklandiani, et in Adversariis suis ad Ter. Maur. "Litteræ ιαι in Ἰστιαίαν pro una tantum syllaba sunt habendæ, et sicut nostratum YAI pronuntiandæ." Heath. in Pers. 954. In cæmeteriis rusticis agri Norfolciensis sæpenuero IEARES et IEARES pro years ipse vidi. Apud nostrates in agro Eboracensi yate = gate more Terentiano

vulgo appellant. Vide virum perspicacem, *Gualterum Whiter*, in Etymologico suo passim; "Warin. Jovianus lib. 1, de Aspiratione draweth it from Varro. But whereas it was written in all Records *Guarinus*: It may seem mollified from the Dutch *Gernin*, that is, *All-victorious*." Camden's Remains p. 90. "Wiltoniæ comitatus a *Guillo*, i. e. *Willo* fluvio, ut perhibet Wigorniensis." H. Spelman. Icenia p. 135.

24. Joanne Tayloro,

25. Sed autem] Sed autem Terentio Andr. 5, 3. 15. restituit

Et Virg. Æn. II. 101.

SECT.
I.

Sed quid ego hæc autem nequicquam ingrata re-
volvo?

Semidoctus, opinor, aliquis harum vocularum con-
cursu offensus, ac metri interim securus, alteram
eliminandam curavit. Extat et alter apud Teren-
tianum locus, pag. 79. l. 1 [= 2072.]. vix nisi simili
medicina sanandus:

Spondeus autem metron hoc locatus ante.

Nempe versum hunc ad normam Ionicam exigi
oportet. Quod ut fiat, rescribo, *Spondeus at autem.*

Olim hic emendaveram juxta vulg. lectionis fidem:

Græca literis diphthongus OY tamen nostris vacat.

Atque hujus quidem versus de metro non est cur sis
sollicitus, ac si tertio loco habeatur spondeus. Nam
vox *diphthongus* (licentia quidem vix defendenda),
primam alibi apud Terentianum corripit. Infra
versum utique secundum legimus, [430.]

* Et deinde *Iota Græca quod diphthongus EI sonat.* 13

et pag. sequ. l. 29. [= 475.]

*Pes tamen non est trochæus, quia²⁶ diphthongus
extima est.*

Liceat obiter monere Terentianum versu hunc ex-
cipiente, [476.]

Dactylus nam pes et ille est nube nati ceu duo,

ad Virgil. Æn. VII. 674. respexisse:

Ceu duo nubigenæ cum vertice montis ab alto.

Qui nisi Virgillii locus lectori in mentem veniat, fieri
vix potest, ut quid sibi hic velit Terentianus, intel-
ligat. Nempe dactylus quem dicit est *Ceu duo*; illud
autem *nube nati* æquipollet *τῷ nubigenæ*.

*Bentleius, adducto Virgillii loco.
Eastles voculas conjungit idem
Terentius Phorm. 4, 2, 11. R. P.*

26. Terentiani sæculo "una
syllaba vocem quia fere pronun-
ciabant." Santen. ad v. 52.

SECT.
I.
Versus quinti metrum sic lubens compleverim :
Sola vocalis quod U data complet²⁷ hunc satis sonum.

Sic pag. 20. l. 13 [= 399.]

Neutra porro de duabus ante tres istas data.

Pag. 39. l. 2 [= 957—964.]

Ast enim Graius locabit quandocunque hanc ultimam, [vocalam E]

Sive in uno comprehensam, sive in verbo pari, Consonam non Ξι jugabit, quia sono levi studet ; malim leni²⁸

** Nam, nisi vocalis adsit, vertit hanc in simplicem :*

Καππα enim solum sonabit ; σιγμα vero excluditur :

Sic et εκπληξαι loquuntur, sic et εκπερσαι πολιν :

Sic et illud εκ στοματος εκκεκωφηται ξιφη :

Sic et εκ παντων solute, sic et εκ νησου facit.]

Versus secundi metrum eo nomine laborat quod sive vocali ante alteram non elisa adhibeatur. Deinde ex verbis istis *in verbo pari* nulla elici potest sententia quæ huic loco conveniat. Repono, *sive verborum in pari*, h. e. *sive in duobus verbis*. Aut etiam *sive verborum pari*. Nam codex MS. qui unicus superest, uti a viro doctissimo²⁹ nuper cognovi, *sive verbo pari* absque *in* repræsentat. Cum autem *sive in uno* præcedant, præpositionem repetitam neutiquam oportebit. Nempe *pari* eundem hic usum sortitur quem in isto Horatii, *Nobile par fratrum*³⁰. Nihil

27. "Hodie vero legerim, quod ista complet—h. e. vocalis u modo memorata." R. D. Curæ sec.

28. Conf. R. B. ad Hor. A. P. 26., in Mus. Crit. II, 195., 6. (et in Quintil. Inst. Orat. x, i. p. 892. Burman. lege ex Marklando, lenitasque verborum, et compositionis probabilitas.) Cur. Sec. ad Cic. Tusc. I, xxxviii, xl. et Withofius ad Disticha, p. 541. Cic. de Orat. II, 79. Lege, impelli primo iudicem leniter, ut jam inclinato reliqua incumbat oratio.

et conf. supra 15. 29. 43. Sen. T. I, 166. l. penult. transitus lenis. Ib. p. 195. l. 13. vitia in aperto leniora sunt. R. B. Sen. Hipp. 12. Ubi per valles lenis Ilyssos,—levis MS. Æn. II, 782. leni fluit agmine Thybris. Sil. Ital. XII, 639. Sulfureis gelidus qua serpit leniter undis Ad genitorem Anio labens sine murmure Tybrim. Aliter longe Santen. ad Maur. 1652.

29. Joanne Tayloro.

30. Serm. II, iii, 243.

utique aliud hic agit Terentianus, præterquam ut SECT.
 doceat voculam non jam $\epsilon\zeta$ sed $\epsilon\kappa$ sequente consona ^{1.}
 a Græcis usurpari solitam, sive ea (uti loquuntur)
 in compositione, sive extra compositionem veniret.
 Hujus autem usus exempla adducit $\epsilon\kappa$ παντων et $\epsilon\kappa$
 $\nu\eta\sigma\omicron\upsilon$; illius $\epsilon\kappa\pi\lambda\eta\zeta\alpha\iota$, $\epsilon\kappa\pi\epsilon\rho\sigma\alpha\iota$, et $\epsilon\kappa\kappa\epsilon\kappa\omega\phi\omega\tau\alpha\iota$, vulgo
 minus rectè $\epsilon\kappa\kappa\epsilon\kappa\omega\phi\eta\tau\alpha\iota$. Quarto in versu malim
 vertet, cum verbum hoc inter *jugabit* et *sonabit*
 intercedat, quanquam postea varietur constructio in
excluditur, *loquuntur* et *facit*. Versui quinto censuit
 quidam medicinam * faciendam esse legendo, $\epsilon\kappa$ στο- 15
 $\mu\alpha\tau\omicron\varsigma$ et $\epsilon\kappa\kappa\epsilon\kappa\omega\phi\eta\tau\alpha\iota$. At enim hoc pacto perperam
 confunduntur exempla, contra notam Terentiani
 $\alpha\kappa\rho\upsilon\beta\epsilon\iota\alpha\nu$. Eum certissimum videtur unicum in hoc
 versu exemplum, idque voculæ $\epsilon\kappa$ in uno verbo *com-*
prehensæ, dedisse. Sequuntur in proximo ejusdem
solute sive *in verborum pari* usurpatæ exempla,
 Quid multis opus est? Terentiani, opinor, manum
 nunc faciam agnoscas :

Sic et illud $\epsilon\iota\varsigma$ το κάλλος $\epsilon\kappa\kappa\epsilon\kappa\omega\phi\omega\tau\alpha\iota$ $\xi\iota\phi\eta$; ³¹

Nempe ad Euripideum istud Orest. 1287. respexit
 grammaticus :

Αρ $\epsilon\iota\varsigma$ το κάλλος $\epsilon\kappa\kappa\epsilon\kappa\omega\phi\omega\tau\alpha\iota$ $\xi\iota\phi\eta$;

Pag. 58. l. 18 [= 1520.]

Καταληκτικά quos syllaba terminat frequenter]

Latet in hoc versu error ex nimia librarii nescio
 cujus eruditione profectus. Nempe homini paulo
 sagaciori suboluit verbi *Catalectica*, quod literis
 Latinis exaravit Terentianus, Græcam esse originem.
 Isque adeo pro eo quo pollebat judicio Græcas literas
 curavit invehendas. Id quod tamen neutiquam fe-
 cisset, si Græci sermonis vel majore vel minore usus
 esset peritia. Si verbi utique originem ignorasset,
 ipsam ob hanc causam integra mansisset Latina
 scriptura. Nec vero mutata esset, si homini inno-

31. "Terentianus Maurus op- Dawesio." R. P. ad Eur. Or.
 time ex hoc loco emendatus a 1279.

SECT. I. tuisset vocem καταληκτικά ultima * correpta, numeri esse non nisi pluralis, nec generis nisi neutrius.

16 Dores quidem et Æoles καταληκτικά scribebant pro καταληκτική. Atque hinc, opinor, in fraudem inductus est homo infelix, nescius interim Doricum vel Æolicum καταληκτικά ultimam perinde producere atque Ionicum καταληκτική.

Pag. 62. l. 9 [= 1620, 1621.]

*Post spondeum autem veniens sic mutet oportet,
Ut iste versus jam docet, legem metri.*³²]

Agit hic Terentianus de anapæsti in versu heroico post spondeum venientis incommodo. At cujusmodi incommodum suggerere voluerit, quotus quisque, obsecro, ex vulgata lectione divinare poterit? Ni me omnia fallunt, totidem verbis sic scripsit Grammaticus:

*Post spondeum autem sic veniens, mutet oportet,
Ut iste versus jam docet, legem metri.*

Nempe ex hac lectione discimus anapæstum spondeo subjectum illud in se vitii habere, quod *legem metri immulet*; hoc est, metrum heroicum in anapæsticum convertat.³³ Cujus rei exemplum versus prior, uti a

32. "Lectio vulgata sic se habet: Post spondeum autem veniens, sic mutet oportet, Ut iste versus jam docet legem metri. Equidem divinare nequeo quid tantum in typographum commiserim, ut in versu priore τῶ veniens anapæsti notas superscribendo, atque in altero post docet distinguendo, emendationis alioqui neutiquam obvix laudem qualemcunque mihi inviderit. Sed enim fato nescio quo ab annis aliquot mihi perquam solemniter usu venit ut ab hominibus, de quibus bene quodammodo meritis sim, male vicissim habeat." R. D. Addend. et Corrigend.

33. Erotianus: Κερίβρεια, τὰ νεκρικαῖα κρέα οὕτω καλοῦνται ὡς Ἀριστοφάνης, οὐκ ἔσθω κενίβρειων ὅταν θύης τι, καλεῖ με. * Οὐκ ἔσθω κενίβρει', ὅπταν δὲ θύης τι, κάλει με. "haberi hæc possunt pro Anapæstico Aristophaneo," inquit Heringa Obs. p. 165., "cui ab initio sesquipes deest." Minime, Medice eruditissime, potest esse pars tetrametri anapæstici in primo pede manci; prior enim syllaba θύειν nusquam corripitur, et anap. Aristoph. cæsuram post quartum pedem exigit. R. P. ad Τουρ. 464. 506. κενίβρειον, ὅταν—legit R. B. sed cum κενίβρειον, morticina, me ob-

nobis restitutus est, luculentissimum exhibet. Nunc SECT. vides, quo sensu ac jure simul dicatur, *Ut iste* ^{1.} (proxime præcedens) *versus jam docet.*

*Pag. 65. l. 4 [= 1705, 1706.]

17

*Sed fortasse putes nullum contingere versum,
Quin ullam earum in regulam non incidat.*

In variis Lectt. habetur *Qui nullam*.³⁴ Quæ quidem dictio paullo accuratior est. Sed utrovis demum modo legeris, sententiam habebis auctoris menti plane contrariam. Locum autem unius literulæ ad ditamento sic refingi jubeo :

Quin nullam earum in regulam non incidat.

Cujus cum subtilior ac reconditior constructio librarios fefellerit, inde factum videtur ut *nullam in ullam* fuerit immutatum.³⁵ Est autem *quin non incidat in*

servasse haud meminerim, abeat particula δὲ, et habebimus hexametrum, quo usus est Comicus : vide Brunckii Addend. ad Fr. inc. Aristoph. cxliii, p. 170. Xen. Mem. ii, iii, 11. λέγε δὴ μοι, ἔφη, εἴ τινα τῶν γνωρίμων βούλοιο καταργάσασθαι, ὅποτε θῆοι, καλεῖν σε ἐπὶ δειπνον, τί ἂν ποιήης; ix, 4. καὶ ὅποτε θῆοι, ἐκάλει. Conf. Orig. in Cels. p. 74. ed. Spenc. Aristoph. Av. 538. κενεβρείων. Polluc. vi, 55. τὰ μέντοι θνησεΐδια κρέα ΚΕΝΕΒΡΕΙΑ ἐκάλουν. Hesyehius, Κενέβρεια, τὰ θνησεΐδια καὶ νεκρμαΐα κτήνη. Morticinæ apud Latinos dicuntur, quæ de pecudibus sua sponte mortuis fiebant, inquit Servius ad Æn. iv, 518. In aliquot sacris ac sacellis scriptum habemus, *ne quid scortum adhibeat, ideo ne morticinum quid adsit.* Varro de L. L. vi, p. 79. Mortuæ pecudis corio calceos, aut soleas fieri Flamini-bus nefas habetur, sed aut occisæ alioqui, aut immolatæ, quoniam

sua morte extincta omine funesta sunt. Festus vv. Mortuæ pecudis — *Scortea non illi fas est inferre sacello, Ne violent puros exanimata Deos. ficos* Codices nonnulli. Ovid. Fast. i, 629. Hinc de cadaverosa facie Plautus, *Non hercle, si os perciderim tibi, metuum, morticine.* Pers. ii, iv, 12. "Emendandus et castigandus Suidas in vv. Νεβρείην et Νέβρος, hæc Babrii citans [apud Tyrwhitt, p. 42.] Πεινώσα κερῶν καρδίην δὲ νεβρείην, λάπτει πεσοῦσαν, ἀρπάσσα λαθραίως. quid sibi illud δὲ; lege sine dubio, καρδίην κενεβρείην. Kusterus non vidit." R. B. Propendebat R. P.

34. Quam prætulit Taylorus.

35. "Sicuti autem forte displiceat triplex negatio, Quin nullam — non, is legat velim subjectum Virgilii locum Georg. i, 83. Nec nulla interea est inaratæ gratia terræ." R. D. Add. et Corr. Non. Marcell. v. Spicæ. Varro Lege Mænia : Neque in bonam segetem

SECT. nullum est spicium nequam, neque
I. in mala non aliquid bonum. Ar.

Plut. 522. ἀλλ' οὐδ' ἔσται πρῶτον
ἀπάντων, οὐδεὶς οὐδ' ἀνδραποδισ-
τής. Plato de Legg. II, xi, p. 935.

B. ἐν μὲν ἱερῷ τὸ παράπαν οὐδεὶς
τοιούτων φθέγγεται μηδέποτε μηδὲν
μηδ' ἐν τισὶ δημοτελέσι θυσίαις,
μηδ' αὖ ἐν ἄθλοις, μηδ' ἐν ἀγορᾷ,
μηδ' ἐν δικαστηρίῳ, μηδ' ἐν ξυλ-
λόγῳ κοινῷ μηδενί. Phædr. III.

p. 236. E. μηδέποτε σοὶ ἕτερον
λόγον μηδένα μηδένος μήτε ἐπι-
δείξειν μήτ' ἐξαγγελεῖν. Quoniam
in usurpandis hujusmodi formulis
a consuetudine Latina sæpius
discedimus, videtur mihi in his
paullisper immorari: Virg. Buc.

IV, 55. Non me carminibus vincet
nec Thræcius Orpheus, Nec Linus.
Ter. Andr. III, iii, 31. at ego non
posse arbitror, Neque illum hanc
perpetuo habere, neque me perpeti.

Virg. Geo. IV, 453. Non te nullius
exercent numinis iræ. Cic. in
Anton. II. nec enim ab homine
nunquam sobrio postulanda pru-
dentia. Cic. fr. Orat. pro Scauro

p. 11. Neque ego Sardorum que-
rellis moveri nos nunquam oportere.
Cic. Cato, xv. quæ nec nulla
impediuntur senectute. Cic. de
Legg. II, 10. animi labes nec diu-
rurnitate evanescere, nec annibus
ullis elui potest, lege, nullis. Virg.

Buc. V, 60. 1. Nec lupus insidias
pecori, nec retia cervis Ulla dol-
lum meditantur: L. Nulla. R. B.
x, 12, 13. Nam neque Parnasi
vobis juga, nam neque Pindi Ulla
moram fecere: Utrobique lege,
Nulla. R. B. Ovid. ex Pont. IV,

v, 15. Copia nec vobis ullo pro-
hibente videndi Consulitis, ut limen
contigeritis, erit. Lege, nullo. R. B.

Virgilius autem veniam poetis
parce concessam haud repudiavit
in Buc. VI, 11.—nec Phæbo gra-
tior ulla est. Vitium contrarium

perraro reperitur; Ter. Maurus
514, 515. I magis Romana lingua
non potest præmittere, Edat ut
diphthongon, nulli nexilis voca-
lium. ulli revocavit L. Santenius.
Cic. Fr. pro Scauro, p. 14. Neque
ego, cum de vitis gentis loquor,
neminem excipio. Cic. Tusc. V,
v, p. 318. nullumque recusent nec
supplicium nec dolorem? Cic. in
Anton. II, XII. deinde cum calceis et
toga, nullis nec gallicis, nec lucer-
na. Virg. Buc. V, 25, 6. nulla neque
amnem Libavit quadrupes, nec
graminis attigit herbam. Propert.
II, XV, 5, 6. Nulla neque ante tuas
oriatur rixa fenestras, Nec tibi
clamatae somnus amarus erit. Hor.
Carm. II, XIV, 22. neque harum
—Ulla brevem dominum sequetur.
Lege, Nulla. Tibull. IV, I, 127,
8. Ulla nec ærias volucris perla-
bitur auras, Nec quadrupes densas
depascitur aspera sylvas. Lege,
Nulla. Æn. XI, 354.—nec te ul-
lius violentia vincat, sub judicio
revocarit, si illi vita longior con-
tigisset. Cic. Cato M. XVI. nil
potest esse nec usu uberius, nec
specie ornatus. de Divinat. I, II,
nihil publice sine auspiciis nec
domi nec militiæ gerebatur. Virg.
Geo. I, 118. Nec tamen hæc
quom sint hominum bouumque la-
bores Versando terram experti,
nihil improbus anser, Strymonicæ-
que græcs, et amaris intuba fibris
Officiunt, aut umbra nocet:—
“One should think, that after the
present method of laying out
arable land, the corn was in no
danger of being hurt by the shade.
But a book of travels, I think
Wright's, informs me, that in
Italy at this day they often plant
rows of trees intermixed with their
corn; and the same practice was
probably more general in Virgil's
time.” TYRWHITTUS. Buc. X, 76.

nullam tantundem quod quin incidat in nonnullam. SECT. I.
 Vel sic: *quin nullam tantundem valet quod qui non nullam.* Proinde habemus quod æquipollet τῷ *qui in nonnullam non incidat.* Vel deinceps sic: *Quin = Qui non.* Proinde *Quin nullam, &c. = Qui non nullam earum in regulam non incidat.* Dele geminum *non*; et restabit *Qui nullam earum in regulam incidat.* Id quod luce clarius est Terentianum voluisse. Cæterum pergit grammaticus [= 1707—1710.]

Rarum concedam; fieri non posse negabo:

Apud Maronem talis incurrit mihi,

Magnanimi Iovis ingratum ascendere cubile:

Species in istum nulla prædicta incidit.

Verum haud leviter erravit bonus Magister. Nam *in hunc Virgillii versum ex prædictis speciebus duæ 18
 incidunt; nempe τῶν πενθημιμερης in vocem *in* | *gratum* et ἐφθημιμερης in *ad* | *scendere*. Pari profecto jure ex Terentiano [p. 54. l. 19 = 1411.] quivis adducere poterit trochaicum istum,

Pes erit βακχειος, αντιβακχος autem tunc erit.

contra regulam quam ipse sibi servandam statuisset profitetur his verbis utens [p. 17. l. 13, 14. = 308, 309]:

Regulam servans ubique, finis ut quarti pedis

Nominis verbive fine comma primum terminet: 36

nocent et frugibus umbræ. Cic. pro Archia iv. *Me autem quid pudeat, qui tot annos ita vivo, Judices, ut ab illis nullo me nunquam tempore aut commodo—Liv.*

Nulla nunquam respublica nec major, nec sanctior, nec bonis exemplis ditior fuit. Sueton. Nero, xxvii. *Ac ne Augusti quidem nomen, quanquam hereditarium, ullis, nisi ad reges ac dynastas, epistolis addidit, nullis MS. recte. R. B. Cic. Tusc. v, vi. nulla ne minima quidem aura fructus commovente, Cic. de Orat.*

ii, i. *omnium autem ineptiarum, quæ sunt innumerabiles, haud scio, an nulla sit major.* Lucan. Phars. ix, 569. *An noceat vis nulla bono?* Conf. D. R. ad Muret. Vol. i. p. 341. Cic. de Claris Orat. 126. *Eloquentia quidem nescio an habuisset [C. Gracchus] parem neminem.* Hæc est loquendi forma apud illos qui Latina lingua dominante ac vigente scripserunt.

36. Conf. R. D. infra pp. 298. 341. Ter. Maur. p. 21. l. 1. = v. 417. Ὅτις ut dicunt, ἀελογία

SECT. cum tamen revera neque hoc Terentiani versu ipsius
 1. regula, nec vero illo Virgiliti magistrorum leges vio-
 lentur. Nam in commatum ratione præpositiones,
 etiamsi verborum initio adhæreant, tanquam singulæ
 tamen voces haberi possunt. Qua de re adi sis
 Cl. Bentleium ad Horat. Carm. IV. 8. 17. Similia
 autem apud Lucretium exempla legimus: III. 630.

Sic animas intro | duxerunt sensibus auctas.

IV. 400.

Apparent; et longe di | volsi licet, ingens ³⁷

Nec vero sine artificio ita locatur vox *divolsi*, ut in
 versus ratione ipsius partes sint divellendæ: similiter
 etiam apud Æschylum pag. 132. l. ult. [Pers. 165.]
 edit. Stephan. in primam vocis *αφραστος* in trochaico
 isto cæsura cadere videmus

Ταυτα μοι διπλη μεριμν α | φραστος εστιν εν φρεσι. ³⁸

μνῖα et talia. ed. *Commelin*. ex
Brissæi recensione; "Veneta: *Υἱες ut dicunt, ἀηλογγῖα, μνῖα*.
Parrhas. ἀηλογγῖα. *Petrecinus: Υἱες ut dicunt, ἀκυλα, γνῖα, μνῖα*.
Schottus: Υἱες ut dicunt ἀοῖδοι, γΥἱα, μΥἱα, et talia." *Santenius*.
 Fortasse, ἀγνῖαι, γνῖα R. B.—
 ACHÆI, ΓΥἱΑ, μνῖα, et talia.
 Taylor. Lect. Lys. p. 721.
 quam teste *Santenio* præclaram
 et certam emendationem vocabat
Burmannus S. Atqui Malle—
ἀγνῖα, γνῖα,—v. 1329. *Quinta*
quæ vocalis est, longam creabunt
syllabam; nominis finis quartum
 pedem non claudit; "metrum
 quidem constabit, monente ele-
 gantissimo *Santenio*, si legas:
Quinta quæ vocalis audit, *sylla-*
bam longam creant." *Mauri* ves-
 tigiis inherens potuisset modes-
 tius refingere: L. jugatis singulis,
Quinta quæ vocalis exstat, *longa*
crescet syllaba. Equidem de hoc
 versu mihi necdum liquere fateor;

et dum bonus codex viam mon-
 stret, expectandum arbitror.—
 Soph. Ph. 1402. Εἰ δοκεῖ, στείχω-
 μεν, ὃ γενναῖον εἰρηκῶς ἔπος, quem
 corruptum esse viderunt *Heathius*
 P. VIII. et *Herman*, de metris, 114,
 282.; divinitus expediit R. P.
 N. στείχωμεν. Φ. ὃ γενναῖον
 εἰρηκῶς ἔπος. 1407. N. πῶς
 λέγεις; Φ. εἶρω πλάζειν τῆς
 πάτρας. N. ἀλλ' εἰ δοκεῖ Ταῦτα
 ὄραν, ὅπως περ αὐτῶς, στείχει
 προσκῦσας χθόνα. Opusc. p. 197.
 ἀλλ', εἰ δοκεῖ, πλέωμεν, 526. ἀλλ',
 εἰ δοκεῖ, χωρῶμεν, 645.

37. Versum hunc "non ag-
 noscunt codices apud *Lambinum*
 et multi et antiquiores, nec apud
 me duo *Vossiani*." *Santenius* ad
 Ter. M. 1709, 10.

38. "Æschyli locum sanum
 esse sibi persuasisse *Dawesium*
 vehementer miror. Lege, Ταῦτά
 μοι μεριμν' ἀφραστος εστιν ἐν
 φρεσὶν διπλῆ. Non solum enim in
 Trochaici Tragicæ cæsura non

*Cæterum cum versus heroici τὸν πενθήμερον SECT. 1.
 mentio incidit, libet hac occasione quamdam
 Varronis circa hanc τὸν observationem contra Cl.
 Bentleium defendendam in me recipere. Scribit 19
 Romanorum doctissimus apud Gellium XVIII. 15.
observasse se in versu hexametro quod omnimodo
quintus semipes (id est, prima pedis tertii syllaba)
verbum finiret. Contra vir Cl. "Mirum, inquit, quod
 " *omnimodo* dixerit; cum Lucretius³⁹ jam tum
 " *variaverit* [1, 54.]

" *Reddenda in ratione vocare et semina rerum*
 " *et Catullus* [de nupt. Pel. et Thet. 405.]

dissecari potest verbum compositum, quale ἄφραστος, sed ne articulus quidem, nec præpositio quartum pedem terminare." R. P. ΡΥΞΕΥ. ad Eur. xliii = xlvi, vii. *πέρισμα φραστός*, hariolatur *Reising.* Conject. p. 128.

39. Testimonia in Varronem tutius ex Ennii Luciliique fragmentis expiscaretur; Ennius p. 124. *Hessel. Corde capessere: se | mita nulla viam stabilibit* [conf. II. Z, 2.]: et Lucilius p. 34. ed. Dous. *Assequitur nec opinantem in caput insilit ipsum.* Conf. Muret. V. L. xi, vi, (Opp. II. pp. 256, 7.) Nolle talia a me injuria excidissent: *Mauri* enim ratione probata, non necesse erit ut cum *Mureto*, *Bentleio*, et *Davesio*, viris primariis, Varronem perstringamus: summa enim cum utilitate docet, vss. 1685, 6. *Horum si nihil est, specta, ne forte Trochæus Sit tertius, finemque det vocabulo: Idem vss. 1695, 6. Et quartum tradunt simili ratione Trochæum: Exemplum at ejus viæ et ipsi collocant.* Trochaicæ hujus artificium, vereor, ut satis intellexerint magistri posteriores; versus

certe plurimos, quos ipsi fere silentio præterierunt, *trita Trochaica* fulcire solet. Conf. omnino *Santenium*, optimum *Mauri* arbitrum, ad vss. 1674. 1685, 6. 1695. Revera ex versibus heroicis, qui unam alteramve e quatuor tomis desiderare videantur, illos eximere debemus, quorum verba aut "elisionibus connectuntur," aut in quibus "enclitica medios pedes ligant;" aut quamdam ob causam cæsura impune vacant. Rarissimi comparent heroici qui *Gellii* canoni adversantur N. A. xviii, xv. "In longis versibus, qui Hexametri vocantur, item in Senariis, animadocterunt *Metrici*, duos primos pedes, item extremos duos, habere posse singulos integras partes orationis, medios haud unquam posse: sed constare eos semper ex verbis aut divisionis, aut mixtis atque confusis." Doctrina: de Senariis accedit auctoritas *PORSONI* qui in immortalis sua præfatione PP. xxviii. hanc regulam a Tragicis plerumque esse servatam monstravit, et eam vetustate Musis devota tanquam saxo immobili stabilivit.

SECT.
I." *Omnia fœnda nefanda malo permissa furore.*"m. *permista* cum ed. Cant.

- Σχεδ. de Met. Terent. Atqui pace viri Cl. nil quidquam faciunt adducta exempla contra quod observavit Romanus. Velim utique scire undenam constare possit prius in publicum prodiisse vel Catulli vel Lucretii poemata, quam Varronis libros disciplinarum, in quibus locum, in quo versamur, repperit Gellius. Hoc utique ni alicunde constet, frustra prorsus erit Vir Cl. Enimvero natus est Varro annos ante Lucretium haud paucos, ante Catullum adhuc plures. Quod ut præstemus, liceat data sumere de quibus inter alios convenit. 1^{mo}. Catullum anno ante Sallustium, hoc est V. C. 667 natum esse: 2^{do}. Lucretium vita functum * anno 702, ætate integra, quum paucos supra quadraginta annos implevisset: 3^{io}. Varronem ad plures abiisse anno 726. Jam igitur paucos istos, quos supra quadraginta implevit annos Lucretius, demus fuisse 5. Hinc natum eum habebimus anno 657. De anno, quo natus fuerit Varro, nunc dispiciendum. Ipse autem de se, primi de re rustica libri initio, hæc habet. "Annus enim *octogessimus* admonet me ut sarcinas colligam ante quam "proficiscar e vita." Demus jam eum e vita profectum esse ipso illo *octogesimo*, quo jam tum scribebat, anno. Inde natum habebimus anno 646. hoc est ante natum Catullum 21^{mo}. ante Lucretium 11^{mo}. Fraudem videtur fecisse viro Cl. quod ante Varronem obierit Lucretius annos 24, Catullus 22.⁴⁰

40. "Varro anno octuagesimo et octavo ætatis suæ adhuc libros scribebat, teste Plinio lib. xxix. iv. et obiisse creditur A. U. C. dccxxvii." *Foggini* PÆF. ad Verr. Flacc. V. "Lucretius, aurei sæculi scriptor, obiit eo ipso die quo Virgilius virilem togam induit, Pompeio ac Crasso utroque iterum Coss. U. C. 699." *Noris*. ad Cenotaph. Pis. p. 468; U. C. 703.

Hieronymus. De Catulli obitu dubius hæreo: Ovid. Amor. iii, ix, 6. *Obvius huic venias hedera juvenilia cinctus Tempora cum Calvo, docte Catulle, tuo.* "unde patet Catullum obiisse juvenem." Sed vir πολυίστωρ, *Edvardus Gibbon*, in Misc. V. i. pp. 357—362. omnem dubitationem hæc de re exemit.—Varro quidem tradit apud Censorin. de D. N. cap. 14. *juvenes*

Pag. 77. l. ult. [= 2050.]

SECT
1.

Nil autem officiet temporibus vicissitudo]

At enim *temporibus* usque adeo officit *vocula autem*, ut lectio hæc in nullam metri speciem cadat. Tu vero istam *voculam*, quæ ad sententiam nil quidquam confert, deinceps delendam, ac versum adeo ad normam ionicam exigendum curabis :

Nil officiet temporibus vicissitudo.

Siquis tamen nobiscum parum sentiens retinere malit *voculam autem*, is non incommode legere poterit :

**Nil autem oberit temporibus vicissitudo.*

21

Pag. 80. l. 17 [= 2116—2118.]

*Hic quoque tetrameter similis remanere videtur :
Sed differt illo, versus quod portio prima est,
Ille sequens ; aliaque simul quod lege tenetur.]*

Agit hic Terentianus de duobus tetrametris heroicis, quorum alter habetur versui hexametro priores duos pedes demendo, cujusmodi est [2121.],

Damoetas et Lyctius Ægon :

Alter contra ultimos duos resecando, sicuti [2133.],

Dic mihi, Damoeta, cujum Pecus ?

Non est, opinor, cur pluribus ostendere conemur loci, quam exhibuimus, scripturam huic auctoris menti quam optime convenire. Neque vero, quin pro germana habenda sit, fas videtur dubitare. Vulgo nulla plane sententia legitur,

Sed refert illo, versus quo portio prima est :

usquam ad XLV. annum dictos esse :”—*Schrad.* Emend. pp. 43. 47. Conf. *Taylor.* de Jure Civili, p. 255. *Aristoph.* *Acharn.* 601. et *Sallust.* *Catil.* 49. apud *Elmsl.* ad l. *Pompeius* apud *Dion. Cass.* xxvii, 8. enarrat—ὅσα μὲν ἐν

τῷ πρὸς Κίνναν πολέμῳ ἐταλαιπύρησα, καίτοι κομιδῇ νέος ὢν sed tunc temporis annos viginti natus est, aut plus : inferius paulo, μὴ γὰρ ὅσα νέος ἐτ' εἰμι—annum fere quadragesimum explebat *Pompeius.*

SECT. Pag. 84. l. 7 [= 2214—2217.]

^L
 — *Est : sed trochæo longa prior EST syllaba,
 Brevis autem iambo ; longa post : cui non potest
 Longam trochæus subdere et brevem suas,
 Brevi sequente ; quia fit hoc ionicum]*

22 Ita refingendum hunc locum censemus. Vulgo desideratur in primo versu alterum *est*. In tertio * *suas* maluimus quam *suam*, loco simillimo adducti pag. 86. l. 19 [= 2286, 2287.]

———— qui brevem et longam suas

Jungens priori ———

12 In ultimo legitur *sequentis*, *qua*, et *iambicum*. *Ionicum* ex variis lectionibus restituimus. Sed ne hoc quidem ad pristinam sedem revocato ulla haberi potuit sententia, ni *sequentis* itidem in *sequente* mutata esset. *Quia* autem commodius esse quam vulgatum *qua* nemo, opinor, inficias ibit. ⁴¹

Pag. 89. l. 13 [= 2367—2370.]

*Utrasque quando solveris, nil læditur :
 Quòd agis agè beatus ille qui procul negotiis :
 Auctore tanto credo me tutum fore ;
 Et pro iambo nemo culpet tribrachyn.]*

Versus ultimus suis non constat numeris. Deinde quid sibi vult, obsecro, *pro iambo tribrachyn*? De versu hic *trochaico* agit Terentianus. In hoc autem nullum esse *iambo* locum non est ut quenquam edoceam, nisi qui his in studiis plane sit hospes; neque adeo ut pluribus præstare satagam rescribi hic oportere,

Et pro trochæo nemo culpet tribrachyn.

Pag. 96. l. 9 [= 2555.]

Cui nomen quoque Phalæco dederunt] ⁴²

41. Contrarium vitium e Terentiano sustulit *Tyrnhittus* apud *Cleaver*. de Rhyth. Gr. p. 149. 1343. *Ictibus qui fit duobus, non*

gemello tempore ; quia exhibent editiones omnes.

42. *Phalico* Ald. Manut. Inst. Grammat. p. 336. *phallico* R. B.

Edidisse quidem video librarios atque editores tam SECT.
 *hic quam alias non semel; sed imperite atque ab- 1.
 surde ubique. Nempe pag. 97. l. 18 [= 2593.] 23
 legitur

Conjungit sibi phalæcos⁴³ trochæos.

Rursus pag. ejusdem l. 25 [= 2600.]

Post hoc phalæca de tribus trochæis.

Denique pag. 109. l. 16 [= 2942.]

In fine versum phalæcis sonantem.

Verum enim vero confirmare ausim vocem *phalæcus* esse plane nihili. Meminit quidem Terentianus de duobus versuum *Phalæciorum* generibus, docetque a *Phalæcio* nomen inditum pag. 71. l. 16 [= 1883, 1884.]

*Hoc Cereri metro cantasse Phalæcius⁴⁴ hymnos
 Dicitur: hinc metron dixere Phalæcion istud.*

43. *phallicos* l. 7. *phallica* l. 9. *phallicis*. R. B. Proinde Atilio Fortunatiano pro *Phalæcio Phallico* in Libb. de Metr. p. 402.; et de novo *Phallicon* vice *Phalæcium* in Elem. Doctr. Metr. p. 611. reposuit, "eundemque errorem in Mario Victorino corrigendum" monuit doctissimus Hermannus.

44. *Phalæcion* R. B. Immo, "quæ *Philica* Marius Sacerdos appellat in libro de metris, a *Philico* Corcyræo poeta τῆς πλειάδος, qui sub Ptolemæo Philadelpho vixit,—non quod primus invenerit hoc metri genus, nam Simmias longe illo antiquior, heic [in Alis] et in Securi hoc genere usus est: sed quod totum poema isto numero conscripserit, cujus initium refertur apud Hephæstionem (p. 53. Gaisford.): Τῆ χθονίῃ μυστικῇ Δήμητρί τε καὶ Περσεφόνη, καὶ Κλυμένῃ, τὰ

δῶρα. Ipse tamen Philicus hujus metri inventionem sibi adscribit hoc versu, qui in eodem Hephæstione legitur: Καινογραφῆς συνθέσεως τῆς Φιλίκου, γραμματικοί, δῶρα φέρω πρὸς ὑμᾶς." ["Καινογραφοῦς MSS." καινογραφοῦ Ed. Rev. No. xxxiv. p. 386.] "Quod igitur hoc genere metri plurimum usus sit, Philicum ab ipso appellatum est: ὅτι πρῶτος τοῦτῃ τῷ μέτρῳ τὰ δὲ ποιήματα ἔγραψεν. Salmas. ad Simmiae Alas, p. 185. Et ibid. p. 244. addit Vir summus; "Perperam apud Atilium Fortunatianum in arte, *Phalæcium metrum* pro *Philicum* scriptum est. sed et *Phalæcus* apud eundem male pro *Philicus* legitur, ubi dicit Phalæcum conscripsisse hymnos Cereriet Liberæ tali genere metri. Philicus enim non Phalæcus hoc metro carmen in honorem Cereris et Liberæ composuerat, cujus ini-

SECT. At enim vetat analogia quo minus a *Phalæcio*
 I. fluxerit adjectivum *Phalæcus*. *Phalæcius* vero non
 hic solum, verum etiam pagg. 74. [l. 3 = 1946.] et
 106. [l. 4 = 2845.] reperitur :

*Namque hic de genere est Phalæciorum :
 Idcirco genus hoc Phalæciorum.*

Video quidem Thesauri Stephaniani editionem Lon-
 dinensem, Fabri ut videtur auctoritate fretam, habere
 “ *Phalæcus*. Poetæ nomen unde genus carminum
 “ *Phalæcium* appellatum. V. Terent. Maur.” Rursus
 in V. *Phalæcius* “ *Phalæcium* carmen [φαλαικιον με-
 24 “ τρον] a *Phalæco* inventore dictum : *Alio nomine
 “ dicitur hendecasyllabum, a numero scilicet syllaba-
 “ rum.” Atqui Terentianum auctorem, quantum ad
 poetæ nomen attinet, frustra laudavit qui hanc doc-
 trinam commentus est. Apud eum utique poeta, uti
 vides, non jam *Phalæcus*, sed *Phalæcius* audit. Idem
 minus recte censuit unicum esse *Phalæciorum* genus.
 Nam apud Terentianum alterum occurrit pag. 71.
 [l. 6 = 1873.]

Nulla meo jam sedeat turba profana luco.

Atque hoc quidem bini versus supra laudati respi-
 ciunt. Sed hoc obiter. Deinde autem, versuum, in

tium paulo ante retulimus ex
 Hephæstione, Τῆ χθονίη μυστικῶ
 Δ. etc. quem versum sic ibi-
 dem Latine reddidit, aut imitatus
 est Fortunatianus, *Frugiferae*
sacra deæ quæ colitis mystica,
junctæque Jovi nefasto. Fru-
gifera dea est Δημήτηρ. Jupiter
nefastus, ὁ εὐμενος, hoc est
Pluto, juncta Jovi nefasto, Pro-
serpina.” Hoc testimonium vir
 eruditissimus ad l. c. apposuit.
 De verbis Terentiani supra al-
 latis sic doctissimus Professor :
 “ Mihi quidem minime dubium
 est quin in priori versu *Philiscus*,
 in posteriori reponi debeat *Phi-*

liscion.” [*Philicium* J. G. Vossius
 de poet. Gr. p. 65. si rite memini]
 p. 298. Has formas Suidæ auc-
 toritate optime munivit, et leni
 transpositione rem confecit ; Di-
 citur hoc *Cereri m. c. Philiscus*
Hymnos ; h. m. d. Philiscion istud.
Nimirum idem Philicus ac Phi-
liscus ; ut νεανικός νεανισκός.
Σωφρονικός (si sanum) Σωφρονισ-
κος differunt paulum Σώπατρος
Σωσίπατρος Ναυκράτης Ναυσι-
κράτης. Philiscius et Philiscion
 inchoavit cultissimus *Santenius* ;
 sed ad meum saltim sensum præ-
 stat *Gaisfordii* instauratio.

quibus versamur, tres priores oportet esse hendeca-^{SECT.}
syllabos Phalæcios, cujusmodi est, [Catull. i. i, 1.] ^L

Quoi dono lepidum novum libellum :

ultimum autem istius similem [Hor. Carm. I. iv. 2.]

Trahuntque siccæ machinæ carinas :

cum tamen eorum, prout hodie repræsentantur, nullus in quamlibet metri speciem cadat. Denique quotiescunque occurrit portentum *Phalæcius*, loquitur ubique Terentianus non jam de integro Phalæcio, sed de metro ex tribus trochæis constante, quod hendecasyllabi Phalæcii partem duntaxat constituit. Hoc autem metri genus nunquam *Phalæcium*, nedum *Phalæcum* appellatum est. Sat, opinor, jam dictum est unde constare possit versus, de quibus, agitur, medica manu indigere. *Nunc tibi nullam 25
hærare aquam velim, quin simplicissimam medicinam adhibeas, adeoque securus omnino rescribas :

1. *Cui nomen quoque phallico dederunt :*
2. *Conjungit sibi phallicos trochæos :*
3. *Post hoc phallica de tribus trochæis :*
4. *In fine versum phallicis sonantem.*

Aristoph. Acharn. 260.

Εγω δ ακολουθων ασομαι το ΦΑΛΛΙΚΟΝ ^{45 46}

Vides jam uno negotio quatuor versus portento simul liberatos ac numeris suis restitutos. Metrum autem, de quo ubique agit Terentianus, utpote ex tribus, uti diximus, trochæis constans, *phallicum* recte appellari palam est ex iis quæ apud ipsum leguntur pag. 69. [l. 25 = 1839—1848.]

45. Herodot. ii, 48. προηγείται δὲ ἀλόε' αἱ δὲ ἴπονται ἀείδουσαι τὸν Διόνυσον. Infra 1847. phello, Santenius.

46. Vide Scaligeri App. ad Virg. p. 483 = 219. 'Ἀνάγετ',

ἀνάγετε, κῶμον εὐρυχωρίαν τῷ θεῷ ποιῆτε' Ἐθέλει γὰρ ὁ θεὸς ὄρθος ἐσφυρωμένος Διὰ μέσον βαδίζειν. Tyrwhitt. ad Aristot. Poet. ix, p. 126. ed. 3. R. P. Adverss. pp. 140, et 60.

SECT.
I.

*Alias tamen hæc eadem pars,
Quotiens ithyphallicon addit
Metrum sibi, tale fit unum:*

Mea tibia dicere versus | destitit latinos :
Iamdudum saucia cura | deserit pudorem :
Priamique evertere gentem | fata jam parabant.
Ithyphallica porro dicarunt | musici poetæ,
Qui ludicra carmina Baccho | versibus petulcis
Graio cum cortice phallo | tres dabant trochæos ;
Ut nomine fit sonus ipso, | Bacche, Bacche, Bacche.

- 26 *Metrum utique *ithyphallicum* et *phallicum* eodem recidere nemo, opinor, inficias ibit. Immo vero quod de versu *ithyphallico* hic tradit Terentianus, eum scilicet in Bacchi honorem cantari solitum, id ipsum apud Scholiasten ad laudatum Aristophanis locum, et Suidam in V. φαλλοι, de *phallico* dictum reperire est.

Pag. 97. l. penult. [= 2602.]

Exin tertia melius patescit

Versum hunc oportet esse hendecasyllabum Phalæcium, cujusmodi sunt cum præcedentes tum sequentes. Atqui syllabæ *meli* trochæi loco pyrrhichium temporibus inæqualem exhibent. Pro *melius* vero reponendum censeo *planius*, nam hanc vocem Terentiano solemnem esse video.

Pag. 18. l. 25 [= 350.] *quo probarem planius.*

Pag. 20. l. 5 [= 390.] *Planius quo fiat istud.*

Pag. 25. l. 25 [= 561.] *videbis esse planum.*

Pag. 26. l. 8 [= 574.] *quo sit planius.*

Pag. 40. l. 21 [= 1006.] *plana ratione patententes.*

Pag. 66. l. 1 [= 1729.] *quo fiat planius istud.*

Pag. 104. l. 15 [= 2798.] *tibi fiet regula plana.*

Pag. 109. l. 2 [= 2928.] *utrumque planius probaret.*
Sed neque displiceret *clarius*.

- 27 *Pag. 51. l. ult. [= 1336.]

Hoc ut exemplis probemus, resque ut omnis clara sit

Pag. 98. l. 10 [= 2613.]

Sunt hæc carmen itidem dabunt]

Emenda *item*.⁴⁷ Nam versus choriambicorum in numero venit, qualis est [Hor. Carm. I. VI, 4.]

Miles te duce gesserit

Extat autem locus plane gemellus pag. seq. l. 14 [= 2648.]

Sic carmen prius est ; finis ITEM dabunt.

Pag. 109. l. 21 [= 2947—2951.]

Et *quanquam* iambum *Flaccus antemisit,*

Trahuntque siccas :

Magis putandum est tres datos trochæos,

Quam post iambo ultimum antibacchum,

Uterque finis lege ut esset una :

Ita ex var. lectt. locum refigendum curavimus et metri et sententiæ ratione adducti. Vulgo legitur *Quanquam iambicum*; quod ad nullius metri normam exigi potest: et mox, *Quam petat iambum*, sententia omnino nulla. Vocem *iambicum* correctori nescio cui rei metricæ imperito acceptam refero. Nempe credidit vir bonus *iambum* non nisi *pedem* denotare: cum tamen apud ipsum * Terentianum pag. præced. 28 [l. 25. = 2924.] vox ista de *versu* usurpetur:

Cum parte iambi tres habet trochæos

Ibi [p. 109, l. 4. = 2930.] utique loquitur de epodo Horatiano

Trahuntque siccas machinæ carinas:

illud autem, *Trahuntque siccas*, partem *iambi* appellat. Rursus ipsa hac pag. l. 7 [= 2933.]

Trahuntque siccas *portio est* iambi.

Pag. 110. l. 17 [= 2973, 2974.]

Ad hoc dimetron perspicis, amore percussum gravi]

SECT. I. Nimirum hoc venditant editores pro iambico tetrametro. Atqui hoc metri genus soli videntur comici iique non nisi Latini adhibuisse.⁴⁸ Nec vero recepta lectio verum iambicum præfert. Quippe in quarta sede iambi loco venit pyrrhichius. Verba in duos dimetros divisa oportuit :

*Ad hoc dimetron perspicis,
Amore perculsum gravi.*⁴⁹

Cujusmodi est qui continuo sequitur [= 2975.]

Semelque et istud functus est.

29 Cæterum hic observare libet licentiam, qua utitur Terentianus iambici dimetri in fine, quatenus scilicet syllabam ibi brevem producit a voce *sequente neutiquam adjunctam; ⁵⁰poetas Græcos nunquam sibi permisisse. Ab omni etiam licentia iidem temperabant

48. Iambicos tetrametros acalecticos Græca comœdia non admittit. Cratetis verba [apud Harpocratonem et Suidam v. Παρουσία] ⁴⁴ita disponenda sunt, Ἐχοντες εὐπαθῆ βίον, Παρουσίαν τε χρημάτων. In eundem scopulum impigit [Toupius] ad Longinum §. xxxviii. ubi Comici verba ita disponenda erant:—ἄγρον Ἔσχ' ἐλάττω γῆν ἔχοντ' ἐπιστολῆς Λακωνικῆς." R. P. ad Toup. pp. 454, 5. quem conf. in PR. ad Eur. PP. xl—ii—xlvi—vi. Hoc metrum est Latinae Comœdiæ proprium; vide R. B. ad Cic. Tusc. pp. 425. 428. 441. et Cur. sec. p. 21. Incertus apud Non. Marcell. p. 508. *Hominem beatum, quod illæ perveniunt divitiæ.* Lege, *O hominem beatum, quo illæ perveniunt divitiæ*: est Trochaicus. R. B. *Adest, adest fas obvoluta sanguine atque flammis.* Trag. incert. fr. apud Voss. p. 162. lege, *Multos annos latuit;*

cives ferte open et restinguite. vel potius, *vos referte o.*

49. *Percussus*, Hor. Epod. xi, 2. R. B. et Valck. ad Hipp. 1303. Recte. sic, *Quarum sacra fero magno percussus amore* Geo. ii, 476. *Æn. ix, 197. percussus autem citavit Græcos nostras* p. 319. ed. Eborac. M. Capella p. 147. l. 7. *in eum qui pertulit*—⁴⁵*qui omittit MS. ; leg. in eum quem percult*—*vide v. 12." R. B.*

50. Conf. Maur. 1641. Santen. ad l. et ad p. 273. ; et 2048, 9. —Apud Græcos constat "ultimam in dimetris non esse indifferentem, sed, si brevis sit, metro longam requirentem, adjuvari eam debere consonantibus sequentem versum inchoantibus." Br. Addend. ad Lysistr. 278. conf. ad Ran. 984. Ach. 1194. Eq. 443. Heath. xiv. Hermann. de metris 108. 145. Schol. Cruq. ad Hor. l. c. "Synapheia vocatur, quia non pedum, sed sensus fine concluditur."

in dimetris (prout jam dudum dispertiri solent) cum SECT. I. anapæsticis tum trochaicis. Nempe dimetri cujus-
cunque generis continuo carmine per *συναφειαν* decurrunt, usque dum ad versum catalecticum, quo omne systema claudatur, deventum sit. Hanc *συναφειαν* in anapæsticis locum habere primus docuit, non jam, uti ipse ad Hor. Carm. III. 12. 6. asseverat, Cl. Bentleius;⁵¹ sed Terentianus. Is utique pag. 58. [l. 9 = 1511—1517.], hæc habet:

51. Vide R. B. Millio, p. 23. de Pseudo Phalaride, pp. 132—144. inter omnes fabulas, quas ejus “[*Senecæ*]” esse periti iudices arbitrantur, ne quidem unquam *tribrachyn*, aut *creticum*, in extremo *anapæsto*, observavi: nec *trochæum* inveni, nisi verbis finita sententia, præterquam in duobus his locis: *Herc. Fur.* 170. et *Med.* 344. Quæ unica, ut opinor, exempla sunt:—“Est quidem unum et alterum exemplum versus in longam vocalem cadentis, cum subsequens ab alia vocali incipiat; ut *Thyest.* 946. Sed, hic numerus observationi convenit nostræ; si modo vocales distincte efferantur, ut sæpe fieri oportet, in Virgilio: *Geo.* I. 437. *Ciris* 474. et *Æn.* III. 74.—in *Agamemnon.* in numero, lapsa consuetudo quater deflexit de via; v. 79. 89. 356. 380. in *Herc. Æt.* (vide p. 138 = 77.) sexies; v. 181. 594. 1210. 1282. 1876. 1988. et, in *Octavia*, undecies; v. 27. 62. 93. 289. [Postea c. MSS. prætulit, *Post fata ducis, cujus stirpem Prodimus*] 306. 315. [*Resonant remis pulsata freta*; et R. B.] 318. 331. 336. 809. 899. Quod novo argumento esse potest, *Senecam* non scripsisse istas fabulas.” R. B. I. supra c. = p. 81. *Lenep.* Sed annis volventibus,

mitius de Agamemnone judicabat R. B.; vide schediasma de R. P. P. XII, †; et ad calcem *Herc. Æt.* enarravit summus criticus; “Vel hinc scias hanc Tragicodiam non Senecæ esse; quia choro finitur: quod non fit in *Hercule Fur. Thyesta, Hippolyto, Œdipode, Troadibus, Medea, Agamemnone.*” *Thyest.* 881—884. aliter ordinavit R. B. *Seu perdidimus solem miseri, Sive expulimus! Abeat questus. Discede timor: Vitæ est avidus, quisquis non vult, Mundo secum pereunte, mori.* Et Pseudo-Sen. *Octavia*, 659—670, [cujus verum tamen auctorem fuisse *Luc. Ann. Florum* historicum alibi manifeste docuimus. *Withof. Encæn. Cr.* pp. 270. 323. et *Præmet. Crit.* pp. 85—90. vid. Add.] *Absint tantum tristes pœnæ, Lelique metus. Cho. Scelerum diri, miseranda, viri Poles hæc, demens, sperare memior? Hos ad thalamos servata diu, Victima tandem funesta cades. Sed quid patrios sæpe penates Respicias udis confusa genis? Propera tectis efferre gradus: Lingue eruentam principis aulam.* En illuxit * * * * *Herc. Fur.* 1133—1137. “ut hæc omnino mendosa sunt, ita dispositio horum Anapæsticorum pessime turbata est. Neque *Tribrachys*, et *Choræus* usquam hoc

SECT.
I.

Ἀπ' ελασσοῦς *autem* cui nomen *indiderunt*
In nomine sic est διωμῆδης: *metron autem*
Non versibus istud numero aut pedum coarctant;
Sed continuo carmine, quia pedes gemelli
Urgent brevibus tot numero jugando longas:
Idcirco vocari voluerunt συναφειαν.
Anapæstica fiunt itidem per συναφειαν.

Eodem itidem recidunt quæ pag. 54. [l. 11. = 1403, 1404.] legimus:

Is erit ἀναπαιστος; *vides quot iste pes sit temporum:*
*Versus hic nunquam*⁵² *vacillat* —

Monet quidem Terentianus anapæsticum systema syllaba catalectica non semper claudi [pag. 58. l. 18. 1520, 1521.]:

————— *frequenter*
Solet integer anapæstus et in fine locari:

- 30 *Verum hæc observatio de versibus non nisi Latinis prædicari potest. Cæterum quo magis mireris Cl. Bentleium συναφειας anapæsticæ rationem primum se docuisse profitentem, ipse ad eundem Horatii locum Terentiani de συναφεια ionica versus laudavit: quos, uti vides, continuo sequitur ejusdem de metro anapæstico doctrina. Similem autem συναφειαν in dimetris itidem cum iambicis tum trochaicis apud Græcos poetas perpetuam servari, nos primi monuisse videmur. Extant et alia duo (quod et nobis itidem primis observare contigit) apud Aristophanem ver-

in Genere locum habent, nisi forte in fine versuum.—Ne quidem dubitandum est, quin omnia ita emendanda ac disponenda sint: *Limine vitæ scelus oppressit, Patrisque furor. Ite infaustum genus, o pueri, Noti per iter triste tenebris: Tuti iratos visite reges.* Catull. Epigr. iv. *Et nunc it per iter tenebricosum.* In eo itinere noti poterant debebantque esse

pueri audito nomine Herculis parentis. Deinceps vovetur, ut *tuti* adeant Plutonem et Proserpinam, nec ob id, quod pater peccaverat, ullam immerentes vindictam experiantur. *Hipp.* 946. *Non cernat ultra lucidum Hippolytus diem, Adcatque manes juvenis iratos patri.* Withofius Præm. Cr. p. 101. 52. *Nunquam* Aldi Inst. Gramm. p. 293. ed. R. Steph.

sum genera, quorum ultimis syllabis nulla permissa SECT.
I.
est licentia præterquam in clausula catalectica. Horum autem utrumque ad metrum vel choriambicum vel ionicum exigi potest. Prioris generis duo apud Catullum carmina leguntur. Atque is etiam Græcorum ἀκριβειαν in ultimis syllabis servavit. In altero quidem carmine, Juliæ scilicet et Manlii epithalamio⁵³, versibus 235 constante repræsentat Editio Cantabr. quinque adversus ultimarum syllabarum rationem peccata, ea vero facili negotio corrigenda :

1. vers. 46. *Quis deus magis ah magis
Est⁵⁴ petendus amantibus ?*

Passerat. Marcil. et Voss. teste editore Catabr. *magis ac magis*. Quæ lectio ad versum perinde est. Rescribo autem :

**Quis deus magis ah magisque*

31

Vel *magis ô magisque*,

2. Vers. 87. *Flere desine : non tibi,
Aurunculeia, periculum est,*

Fecit hic prava syllabarum distributio ut uterque versus laboret. Tu vero protinus repone :

*Flere desine : non tibi Au-
runculeia⁵⁵, periculum est,*

3. Vers. 136. *Sordebam tibi, villice⁵⁶
Concubine, hodie atque heri.*

Hoc pacto non solum versum nequiquam sincerum habemus, sed sententiam itidem adeo ineptam ut nihil supra. In var. lectt. optime repræsentatur,

Sordebant tibi villicæ,

4. Vers. 192. *Uxor in thalamo est tibi
Ore floridulo nitens.*

53. Vide infra p. 305.

54. Sit et v. 48. colant. R. B.

55. Aurunculeia R. B.

56. Villicus 96. Prodeas, nova

nupta, (si Jam videtur) ut audias

—109. pro complexum collutum

—R. B.

SECT.
I.

Repone,

*Uxor in thalamo tibi est*⁵⁷.

5. Vers. 222. *Manlio, et facile insciis
Noscitur ab omnibus,
Et pudicitiam suæ*

Verborum *insciis* et *omnibus* sedes intermutandæ
sunt:

32

* ————— *facile omnibus
Noscitur ab insciis* Et

Ne quis autem in locis cujusmodi est V. 163.

Omnia omnibus annuit.

*Io Hymen Hymenæe Io*⁵⁸.

licentiam exerceri putet, monendum est voculam *Jo*,
quotiescunque in hoc carmine, (versus certe initio)
legatur, *μονοσυλλαβως* enunciandam esse⁵⁹, primæque

57. *tibi est*. R. B.

58. Theocr. Id. xviii, 58.
Ἦρὰν, ὃ Ἦμίναίαι, γάμφ' ἐπὶ τῷδε
χαρείης.

59. Conf. pp. 297, 8. Heath,
xiv. *Abjegnæ* Propert. iii. xvii,
12. *Abjete* seu *abyete* Æn. ii, 16.
v, 663. *Abjetibus* ix, 674. *Arjete*
Æn. ii, 492. vii, 175. xii, 706.
Arjetat ii, 890. *Bavjum* Buc. iii,
90. *Consiljum* Hor. Carm. iii, iv,
41. *Jule* disyllabon rv, ii, 2.
Fluvj-orum Geo. i, 482. [R. B.
ad Hor. Serm. ii, viii, 1.; postea
Fluvjorum maluit.] (*Genva* Æn.
xii, 905. conf. *Knight*. Proleg.
ad Homer. cx.) *Grandyuscula*
Ter. Andr. iv, v, 19. *Nasidjeni*
Hor. Serm. ii, viii, 1. *Parjetibus*
Geo. iv, 297. Æn. v, 589. *Pitvita*
Epist. i, ii, 108. *Principjum* Hor.
Carm. iii, vi, 6. *Semyanimisque*—
Varro Atacinus apud Serv. ad
Æn. x, 396. R. B. ad Cic. Tusc.
i, xlv. *Semyustum* Æn. iii, 578.
Semyusta Æn. v, 697. (*Sinvatis*
Sil. Ital. vi, 226.) *Stellyo* Geo. iv,

242. *Stellyoninus* Ter. Eun. iv, iv,
22. *Tennis* et *Tenvia* Lucret. i,
874. ii, 232. iii, 233. iv, 809. 902.
Virg. Geo. i, 397. ii, 121. 180.
Vindemjator Hor. Serm. i, vii, 30.
R. B. ad Hor. Serm. ii, viii, 1.
Schediasma de Metr. Ter. et ad
Eun. iv, iv, 22. cui accedit censor
ὁ γόνιμος (in *Monthly Rev. Jan.*
1798. p. 15.) Dissentit vero
Schraderus, et irridens quærit,
“ Quis est, qui nescire possit, iō,
iambum esse? Dawesius voculam
putat una syllaba pronuntiarī
in noto Catulli carmine—Sed
Achilles Tatius [‘ Lusitanus vir
doctissimus, qui tres MSS. Catulli
codices versaverat’] alii que versus
aliter disponunt, quos sequi ma-
lim.” P. R. ad Em. P. xlvi. exem-
plum ex Æn. vii, 789, fateor,
ab hac re alienum est; sed ad
quale metri genus referret vir
μετρικώτατος illud Luciani ne-
quam (quem inter Latinos poetas
numeremus) Tragop. 173. *Ἰεν-
δαλος ἕτερον μῶρον ἐλάδει λαβών.*

adeo literæ consonantis potestatem tribuendam. SECT.
I.
 Neque enim aliter constabit ipsorum versuum ratio, in quibus vocula ista conspicitur. Sectioni huic finem imponemus monendo, quotiescunque *variaram* in Terentiano *lectionum* mentio incidit, designari ubique variam (quæ appellatur) scripturam editioni Sanctandreasæ subjectam.

33

* **SECTIO II.**

Oxonienſium Pindari¹ Editorum deſideratæ ακριβειας ſpecimen.

SECT. **II.** INSEdit jam olim eruditorum animis opinio, ultimis quibusque versuum Pindaricorum syllabis quantita- tem tribuendam esse *αδιαφορον*. Nec vero secus se rem habere vel suspicatus quisquam videtur. At enim ex Pindari carminibus ad examen revocatis confirmare ausim adeo levi mutatione subinde facta perpetuam servatum iri harum syllabarum proportionem, ut nullus ambigendi debeat esse locus, earumne poeta non minus accuratam quam mediarum rationem habuerit. Cujus rei in exemplum accipe vitam Pythionicων Oeden, si non pristinae integritati restitutam, at certe plus vice simplici emendatam :

- 1. υ-υ- υυ-υ- υυ-υ- --
- 2. υ-υ- υυ-υ- υυ-υ- υ
- 3. -υυυ -υ-υ υ
- 4. --υ-υ- -υυ-υ- -υυ-υ- υ
- 5. --υ-υ- υ-υυ -
- 6. υυυ-υ- υυ-υ- --υυ υ--
- 7. υ-υ-υ- -
- 8. --υ-υ- υυ--
- 9. υ--υ-υ- -υ-υ- -υ-

1. ΠΙΝΔΑΡΟΥ ΟΛΥΜΠΙΑ ΝΕΜΕΑ ΠΥΘΙΑ ΙΣΘΜΙΑ. Sc. [cura Ric. West. et Rob. Welsted. Coll. Magdalen.] fol. Oxonii, e Theatro Sheldoniano Aug. 6. 1697. Codices, quos aut ab aliis aut a se inspectos adhibuerunt editores; Bodl. MS.; C. 71. olim *Laudii* Arch. Cant.; a. MS. alter in eadem classe; β. γ. MSS. duo Barocciani; Pal. A. B. C. tres MSS., quos contulerat Schmidius in Bibliotheca Palatina; Gl. glos- sæ MSS.

ΣΤΡΟΦΗ α.

1. *ΑΚΟΥΣΑΤ· η γαρ ἑλικωπίδος Ἀφροδίτας
2. Ἀρουραν, η Χαριτων ἀναπολιζομεν,
3. Ομφαλον εριβρομου χθονος,
4. Ἐς ναον παροιχομενοι· Πυθιονικος
5. Ἐνθ ὀλβιοισιν Ἐμμενιδαις
6. Ποταμια τ Ἀκραγαντι, και μιν Ξενοκρατει
7. Ἐτοιμος ὕμνων
8. Θησαυρος εν πολυχρυσῳ
9. Ἀπολλωνια τετειχισται ναπα.

ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΗ α.

1. Τον ουτε χειμεριος ομβρος επακτος ελθων,
2. Εριβρομου νεφελας στρατος αμειλιχος,
3. Ουτ ανεμος ες μυχους ἄλος
4. Ἀξει παμφορῳ χεραδει τυπτομενον· φα-
5. ει δε προσωπον εν καθαρω
6. Πατρι τεῳ, Θρασυβουλε, κοιναν τε γενεα,
7. Λογοισι θνατων,

Audite: aut enim *blande*-inquietis-oculis Veneris arvum, aut Charitum versamus, umbilicum horrisonæ terræ, ad templum euntes: Pythicam-victoriam-celebrans, ubi felicibus Emmenidis fluvialique Agrigento, atque etiam Xenocrati paratus hymmorum thesaurus Apollineo quasi muro-asservatus est luco. Quem neque hybernus imber cum impetu veniens, horrisonæ nubis exercitus immitis, neque ventus in recessus maris rapiet promiscuæ glareæ ictus-patientem: sed luce vultus in serena patri tuo, Thrasybule, generique communem,

1. ἡ e MSS. Gott. Guelph. adseiverunt Heynius, et Pindari doctissimus editor, Augustus Boeckius, cujus varias lectiones e MSS. annotatas fideliter descripsi. In ἡ libenter Dawesio accedo.

2. ἀναπολιζομεν versare sollemus. Conf. Aristoph. Plut. 817. et R. P. ad Hec. 294. Eur. Herc. Fur. 679. Menander. apud Athen. iv, p. 132. F.

3. Pyth. iv, 131. Eur. Med. 666.

4. Ἐς ναὸν—Vide VALCK. ad Herodot. viii, 71. 134. Hemsterh. ad Schol. in Plut. p. 456. et infra ad p. 245.

7. ἔτοιμος Pal. C. ἔτυμος Guelph.

10. οὐ scholiastæ cod. Gott. Guelph. Ven. B.; οὐχὶ Par. B.

15. κοινῶν aut κοινῆ Bodl: γ, Par. A. B. Ven. B. D. F. Gott. Ald.

SECT.
II.

35

8. *Ευδοξὸν ἄρματι νικᾶν
9. Κρῖσαισις ἐν πτυχαῖσις ἀπαγγελεῖ.

ΣΤΡΟΦΗ β.

1. Σὺ τοὶ σχεθῶν νῖν ἐπιδέξια χεῖρος, ὄρθαν
2. Ἄγεις ἐφημοσύναν, τὰν ποτὲ ἐν ὄρεισι 20
3. Φαντὶ μεγαλοσθενεὶ Φιλυ-
4. ρας υἱὸν ὄρφανίζομενῳ Πηλεΐδᾳ παρ-
5. αῖνεῖν· μαλίστα μὲν Κρονιδᾶν,
6. Βαρουσπᾶν στεροσπᾶν κεραυνῶν τε πρῶτανιν,
7. Θεῶν σεβέσθαι· 25
8. Ταῦτας δὲ μὴ ποτὲ τιμας
9. Ἀμείρειν γονεῶν βίον πεπρωμένον.

ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΗ β.

1. Ἐγένετο καὶ πρότερον Ἀντιλοχὸς βίαιας
2. Νοῆμα τοῦτο φερών, ὅς ὑπερέφθιτο
3. Πατρός, ἐναριμβροτῶν ἀνα- 30

sermonibus mortalium, inclutam curru *partam* victoriam Crisæis in vallibus prædicabit. Tu utique tenens eum [patrem] dextra manu rectam refert admonitionem, quam olim in montibus ajunt Philyræ filium robustissimo Pelidæ seorsum-a-parentibus-agenti commendare-solitus: ut præcipue quidem Saturnium, gravisonum fulgurum fulminumque præsidem, inter-deos coleret; hoc autem nunquam honore privaret parentum vitam fatis-concessam. Fuit et antea Antilochus fortis mente hac præditus, qui occubuit pro patre, homicidarum cum sustinisset ducem Æthiopum Memnona.

17. ἄρματονίκαν Coll. Eman. Cantab. Bodl. γ. ἄρματινίκαν alii.

18. Κρῖσαισις ἐνὶ Coll. Eman. Bodl. γ.

19. νῖν Scholiastes; ἐπὶ δέξια Ven. D. F. Ald.

22. Πηλεΐδᾳ ut in Scolio perantiquo apud Athen. xv. 695. B. 3. Τυδεΐδην τε φασὶν Διομήδεα. Hinc Eccles. 940. Ἔστι δίκαιον, εἰ δημοκρατούμεθα, Ineptum γὰρ a Brunckio illatum ejecit Hermann. de Metr. p. 416. Vide

infra ad p. 323. Πελεΐδα Pal. C. Bodl. γ.

23. — δὲ Κρονίδᾳ Ven. D. F.

24. βαρουσπᾶν Coll. Eman. Bodl. γ. Ven. D. F. στεροσπᾶ in marg. Gott.

25. θεῶν prætalit Heynius.

26. ταῦτας Hermannus.

28. ἔγεντο Par. B. et Schmidius, germana Pindari forma; Pyth. iii, 87 = 154. πρότερος Par. B.

- | | | |
|----|---------------------------------------|------|
| 4. | μεινας αρχον Λιβιστων Μεινονα· Νεστο- | αρχ. |
| 5. | ρουν γαρ ιππος ἄρμ τιδα | 14 |
| 6. | *Παριος εκ βιλων δαιχθεις· ὁ δ εφετε | 35 |
| 7. | Κραταιον εγχος· | |
| 8. | Μεσσαγιου δε γιροντος | |
| 9. | Δοναθεισα φρην βοασιν παιδα ὄν. | |

ΣΤΡΟΦΗ γ.

- | | | |
|----|--|----|
| 1. | Χαριαιπετες δ αρ επος ουκ απερψεν αυτου· | |
| 2. | Μεων δ ὁ θιος ανηρ πριατο μεν θανα- | |
| 3. | τοιο κοριδαν πατερος· εδο- | |
| 4. | κρσε δε των παλαι γενεα ὄπλοτεροισιν, | 40 |
| 5. | Εργον πελωριων τελεσας, | |
| 6. | Υπατος αμφι τακευσιν ἔμμεν προς αριταν. | |
| 7. | Τα μεν παρήκεν· | |
| 8. | Των νυν δε και Θρασυβουλος | |
| 9. | Πατρην μαλιστα προς σταθμαν εβα, | 45 |

ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΗ γ.

- | | |
|----|---|
| 1. | Πατρωι τ επερχομενος αγλαϊαν εδειξεν. |
| 2. | Νοφ δε πλουτον αγει, ουτ εδικον ουθ ὑπερ- |

Nestoreum enim equus currum remorabatur, Paridis a telis saucius: at ille vibrabat validam hastam: Messenii vero senis perculsa mens inclamavit filium suum. Irritum autem verbum non emisit a-se: sed permanens divinus ille vir redemit morte sua salutem patris: visusque est natu junioribus, facinore ingente effecto, veterum supremus fuisse virtute erga parentea. Hæc quidem olim-facta-sunt. At ex iis qui nunc sunt etiam Thrasylbulus paternam maxime ad normam incedit, patruoque ad-auxilium-veniens splendorem ostendit. Prudentia autem divitias regit neque injustam nec insolentem pubertatem

33. ἔφετεν Par. B.

36. Δοναθεισα Bodl. γ. Gott. Guelph. Ven. B. D. F.

37, 8. αὐτοῦ Gott. Guelph. Ald. μένων δὲ θεῖος Gott. αὐτοῦ μένων δ' ὁ Θ. Heynius. Eur. Androm. 955. αὐτοῦ μενείς Alcest. 491. Ion. 1038. ἀδοι μένων Il. A, 492. Γ, 291. Boeckius.

39, 40. ἐδόκησε τῶν Ald. ἐδόκησε τε τῶν MSS. Hermannus.

41. τελέσας et τελίσας MSS.

43. παρήκεν Reiskius; male: intromisit enim denotat, atque eadem est quæ παρέκει, a παρήμι. Vide Herodot. III, 77. IV, 146. ἔς.

46. πατρῶι τ' ἐρχ. Par. B. πάτρῳ τ' ἐπερχ. Hermann. et Boeckius; ἔδειξεν ἀπασαν ante Schmidium; α. omittunt Par B., et Schol.

SECT. II. <hr/> 37	3.	ὄπλον ἦβαν δρεπων, σοφι-	
	4.	αν δε μυχοισι Πιεριδων. Τιν δ, ελελιχθον,	
	5.	*Ευρες θ ὅς ἰππιαν εσοδον,	50
	6.	Μαλα ἀδοντι νοφ, Ποσειδαν, προσεχεται	
	7.	Γλυκεια δε φρην,	
	8.	Και ξυμποταισιν ὀμιλειν,	
	9.	Μελισσαν αμειβεται τρητον πονον.	

decerpens, sed sapientiam in recessibus Pieridum. Et tibi, terræ percussor, qui et invenisti equestrem introitum, valde lubentē animo, Neptune, adhæret. Dulcis autem mens, et cum convivis conversatio, apum instar-est cancellati operis.

Ὁ Φθονος Απολλωνος ἐπ' οὐατα λαθριος εἶπεν
 Οὐκ ἀγαμαι τὸν αἰδὸν, ὅς οὐδ' ὅσα ποντος αἰδεῖ.]

Postulat Hellenismi ratio ut ἐς οὐατα⁸⁴ rescribatur.

Eurip. Orest. 615 [= 608. R. P.]

Ἡ τῆ τεκουσῆ σ' ἠγριωσ, Εἰς οὐσ ἀεὶ
 ΠΕΜΠΟΥΣΑ ΜΥΘΟΥΣ—

Andr. 1091. Εἰς οὐσ ἕκαστῳ δυσμενεῖς ἠὲ ΔΑ ΛΟΓΟΥΣ.

Hipp. 939. Ἀλλ' ἠ τις εἰς σὸν οὐσ με διαβαλῶν
 ἔχει.

84. ἐπ' οὐατα Scaliger ad Catull. p. 111. et pro Οὐκ ἀγαμαι—Ὁὐ φίλῳ ibid. pp. 112. 122. ἐπ' οὐατα λάθριος εἶπεν, arrepebat clam ad aures (dicens), velut imperitus circulator suggestebat et omnibus eruditibus risum movebat, Dawesii acerbissimus obtrectator, Reiskius Acta Erudit. m. J. 1750, p. 415. ἐς οὐατα] "quod probat Valckenærius ad Euripid. Hippolyt. 932. [apud Lennep. v. ψίθυρος, ad D. Luc. v. 30. Acta DD. Apost. vi. et D. R. Ep. Cr. II, 144 (140.)] Exemplis adde Euripid. Dan. 55. Callimach. Epigram. xxvi. 4. [Muret. Opp. II. 847.] Platon. Menex. p. 403. C. ed. 1590. Themist. Orat. vi. p. 81. Heliodor. Æthiopic. II. p. 97. Auctor. Argumenti in Demosthen. de Fals. Legat. p. 112. ἐς οὐατα tacite laudant Casaubonus ad Athenæum III. I. p. 147. Ger. Jo. Vossius de Poet. Græc. c. VIII. p. 62. ed. 1662." R. P. ad R. D. Quibus subnecte ex Advss. p. 308. "Rectissime Dawesius.—Corrige itidem Euripid. Erechth.

apud Steph. Byz. v. αἰθίοψ. ΕΣ ΧΘΟΝΑ. Conf. Hel. 890. Taur. 685. 1075. Hel. 1606. ΕΣ ΑΚΤΑΣ. Herc. Fur. 1225. Sophocl. Trachin. 619. Philoct. 314. Sic lege Eurip. Suppl. 1069=1076 Gaisford. [Advss. p. 244.]. Εἰς ΠΟΛΛΟΥΣ. ut Æschyl. Pers. 161." (εἰς quoque Hermannus ad I.) "Eurip. Hippol. 986, 7. Suppl. 670. Sophocl. Electr. 608. Trachin. 493. Cæd. Tyr. 93. Eur. Hec. 303. Orest. 1567. Bacch. 718." Aristoph. Dædaleusin XIII. Πέμψω πλακοῦντας [ΕΣ] ἐσπίραν χαρισίους Advss. p. 280. Odyss. M, 177. Lege, ἐς οὐατα, quamvis Muretus Opp. II, 922. vulgatam ἐπ' οὐατα citat. Sed Apoll. Rhod. I, 516. Πάντες ὕμῳ ὀρθοῖσιν ἐπ' οὐασιν ἠρμῆοντες sana est. Vide Piets. ad Moer. v. οὐς, Valck. ad Hipp. 213. Hesychius ψιθυρίζει, εἰς τὸ οὐς ἠρέμα διαλέγεται. Plato Euthydem. p. 276. D. πάλιν μικρὸν πρὸς με ψιθυρίσας—Ibid. 275. E. προσκίψας μοι μικρὸν πρὸς τὸ οὐς—Sed hæc notasse sufficit.

oracula, indices et Lexica⁸⁹. Hunc autem defectum SECT. supplesse sibi visus est nuperus editor Kusteriani III. in Aristophanem indicis auxilio. Laudavit utique istud Lysist. 9.

Ἄλλ, ω Καλονικη, καομαι την καρδιαν.

At enim ibi καομαι την καρδιαν, uti locum consulenti patebit, non jam valet *præ amore et misericordia mihi flagrat cor*, sed *præ ira &c.* Porro ut is esset apud Aristophanem sensus, videtur tamen Callimachus verbo potius Homericο δαιεο usus fuisse. Nempe si hic reponas—επει περι ΔΑΙΕΟ κηρι, evadet locus isti apud Homerum Odyss. 1 [A, 48.].

* Ἄλλα μοι αμφ Οδυσή δαίφρονι ΔΑΙΕΤΑΙ ητορ 108
Δυσμορφ.—

similis adeo, ut ovum vix sit ovo similis. Ibi scilicet μοι δαιεται ητορ extra controversiam denotat *mihi præ misericordia flagrat cor*. Cæterum nupero editori hic usu venit ut fluctus in simpulo⁹⁰ excitaverit: "Sed jam dicat mihi aliquis cur *exureret* "algam? *aggereret* potius, et *accumularet*. Conji-

89. D'Orvill. ad Charit. p. 257. "quod nuperrime fecisse audio Richardum quandam Bentleium Virum in volvendis Lexicis satis diligentem." Antonius Alsop, in præf. ad Fabb. Æsopic. delectum.—"Vir ille doctissimus et in Lexicographis versatissimus." Carolus Ashton S. T. P. ad Hieroclem, etc. Vid. PRÆF. Hujusmodi censores "cum Gulielmo Hayleio, poetarum et criticorum pessimo, de inscitiae et malevolentiae palma certare poterunt. Vide *Life of Cowper*, ubi de antiquorum vel veris vel fictis Epistolis disserit Hayleius, Vol. 1, p. xxvi—xxx, 8vo, 1806. Inter alia modestiae et humanitatis specimina hæc videbis p. xxx.

* *That imperious Patagonian polemic* de Bentleio dictum." R. P. Opusc. pp. 307, 308.

90. Athen. VIII, 338. A. 'Ο αὐτὸς Δωρίων καταγελῶν τοῦ ἐν τῷ Τιμοθέου Ναυτίλῳ χειμῶνος, ἔφασκεν, ἐν κακὰβῃ ζωῶσα μείζονα ἰωρακίνα χειμῶνα. Cic. de Legg. III, 16. "Excitabat enim fluctus in simpulo, ut dicitur, Gratidius, quos post filius ejus Marius in Ægæo excitavit mari, ac nostro quidem." R. B. de Epistolis Socratis, p. 90;—"and make a Tide and a Flood, though it be but in a Bason of Water." Conf. Piers. Verisim. p. 218. Idem adagium pari felicitate Anglice extulit Samuelis Johnson; locum meminisse juvaret.

SECT. III. "ciebam olim κατενησας *accumulasti*. Credo audacem
 "et ineptum aliquem, cum videret καίεο reposuisse
 "πυρι, et, ut satis esset ignis, κατενησας mutasse in
 "κατεφλεξας. Putaram etiam legi posse κατεφρουξας,
 "arefecisti, Nunc displicet φυκος repetitum, et totum
 "locum corruptum arbitror et insanabilem." Ego
 vero dicam cur Asterie algam *exureret*. Obstabat
 nimirum alga, quæ insulam abunde secuta fuerat,
 quo minus Latona ad terram ratim appelleret. Hoc
 incommodo laborantis Deæ commiserata Asterie ei
 alga exusta copiam fecit optata arena potiundi. Jam
 vero dicat et mihi vicissim aliquis cur algam Asterie
aggressisset. Videtur quidem vir eruditus algam
 801 *aggestam* atque insuper *arefactam* eo consilio vo-
 luisse, ut mollis nimirum lecti vicem suppleret, ne
 forte Latona silice in nuda † onus deponeret. At
 vereor ne istius commenti subtilitas vel ipsa alga vi-
 lior † sit censenda. Nec vero erat cur viro erudito dis-
 109 pliceret φυκος repetitum. * Immo etiam, ut repetitum
 habeatur, postulat orationis rotunditas⁹¹: *Tu autem
 ex Euboea descenderas Cycladas visura, neque vero
 dudum; sed adhuc te a tergo Geræstia sequebatur
 alga. Constitisti vero in mediis insulis, et commise-
 rata Latonæ algam omnem exussisti;*—Sed manum
 de tabula.

† Virg. Buc. I, 15.

‡ Hor. Serm. II. v. 8.

91. Sed laterem lavat *R. D.*;
 desunt enim, teste *D. R.*, in

MSS. Veneto et Meermanniano:

[Ἐσθης δ' ἐν μέσσοις. κατοικτεί-
 ρασα δὲ Λητῶ, φύκος ἅπαν κατέ]
 Ep. Crit. p. 162 (158.).

Consonantis sive adspirationis VAU, prout in sermone Homerico obtinebat, virtutis cum prosœdiacæ tum analogicæ specimen.

Diu est quod fecit Cl. Bentleius ut Homeri editionem digamma Æolico insignitam eruditi expectarent. Elementi quidem istius potestatem in Homeri scriptis olim obtinuisse, ac proinde etiam hodie haberi oportere figuram sive notam¹ aliquam, qua ista potestas designetur, id sane et nos cum viro Cl. communiter agimus. Cum eodem vero non itidem sentimus ipsum illud elementum magis quam vel Hebræorum vel Arabum *Vau* in Ionica² Homeri poe-

1. "Loco Digammatis adhiberi voluit *Davesius* signum hoc ['], eadem atque illud potestate. Scilicet in sequentibus enuncian- dum *Wαγνος*, *α-ωασαμην*, *α-ασαμην*, *δαω-ιζω*, *δα-ωιφρονι*, *δωεινος*, *δωειος*, *λυ-ωω*, *λυω-ω*, *παως*, *ισαως* &c." *Burgessius*.

2. De HOMERO, "qui humani ingenii modum excessit," verba facturus, ubique hæreo, titubo, pelluceo, *velut obscura captus regione viarum Noctivagum qui carpit iter.* "Strabo p. 582. (xiii. p. 872.) a *Bentleio* indicatus docet Æolenses post Trojam captam totam fere Troadem coloniis suis occupasse, unde data forte ansa sit Homero Æolensi de Troja scribendi: vide et pp. 586.

600. 5. 610. 622." *Burgess*. PRÆF. xviii. et *Heynius* ad Il. T. p. 713. Pausanias etiam viii, xii. p. 625. Τούτου δὲ συντελοῦσιν ἐς πίστιν Αἰολέων οἱ Ἴλιον Ἐφ' ἩΜΩΝ ἔχοντες, οὐδαμοῦ τῆς σφετέρας ἀποφαίνοντες μνήμα Ἀγχίσου. "Æoliam etiam patriam Homeri testantur nonnulli veteres et recentiores, qui sententiam suam confirmant ex poetæ ipsius poematis, vocabulorum ope, quæ partim ad Æolicos mores pertinent, præsertim quæ dialecti sunt ejus, quæ, florente Græcia, Æolica vocabatur. *Pseudo-Herodotus* in suam farraginem de vita Homeri perpauca commemoratu digna retulit: — 'Hommerum fuisse Æolensem affirmat,

SECT. atque id sane potius quam aut
IV. Ionem etiam, aut Doriensem.

— Ὅτι δὲ, inquit, ἢ Διολεὺς Ὀμη-
ρος, καὶ οὐτε Ἴων, οὐτε Δωριεὺς,
τοῖς τε εἰρημενοῖς δεδλωται μοι,
καὶ ὅη καὶ τοῖσδε τεκμαιρεσθαι πα-
ρεχει.—Δηλοὶ δὲ καὶ ἐν τοῖσδε
τοῖς ἐπεσιν, ὅτι Διολεὺς ὡν τοῖς
νομοῖς τοῖς τούτων ἐχρητο. [Π. Α.,
462, 463.] Καὶ ἐπὶ σχιζῆς ὁ
γερωῶν, ἐπὶ δ' αἰθοπα οἶνον Λεῖβε'
πεοὶ δὲ παρ' αὐτοῦν ἐχόν πεμπω-
βολα χερσιν. Διολεὺς γὰρ μοῖοι
τα σπλαγγα ἐπὶ ΠΕΝΤΕ ΟΒΕ-
ΛΩΝ ὀπτωσιν, οἱ δὲ ἄλλοι Ἑλ-
ληγες ἐπὶ τριῶν· καὶ γὰρ ὀνομα-
ζουσιν οἱ Διολεῖς τα πεντε, ΠΕΜ-
ΠΕ. Auctore Etym. M. v.
Αλαγκτημαί, p. 56. 52, 3. dicitur
ποιητῆς πολλοῖς Διολικοῖς χρῆ-
σθαι." *Burgess.* [Etym. M. p. 39.
l. 16. v. Αἰσυνμῆται.—Ἰδίως δὲ
φησιν Ἀριστοτέλης [Polit. III. xiv.]
ὑπὸ Κυμαίων αἰσυνμῆτην τὸν ἄρ-
χοντα λέγεσθαι. [Odys. Θ, 258.
Π. Ω, 347.] καὶ αἰσυνμῆ χθονός,
ἀντὶ τοῦ ἡγείται, Εὐρυπίδης Μη-
δεΐα [19.]. T. LV. l. 6. apud Com.
Caylus. Αἰσιμνωτῆς. Strabo
XIII, 623=II, 893. OX. "Ὀμη-
ρος Κυμαῖος, οὐχ ὁμολογουμένως"
πολλοὶ γὰρ ἀμφισβητοῦσιν αὐτοῦ.]
"Qui de dialectis scripserunt,
cum Æolicam, 'quæ amat per
circuitum verba protendere,' ex-
plicarent, ex Homero exempla
sæpe repetebant: ut, ἰππότα
Νέστωρ, μητιέτα Ζεὺς, νεφεληγε-
ρέτα Ζεὺς, [αἰχμητά, Ὀλύμπιος
ἀστεροπητά, ἰππηλάτα, εὐρύοπα,
ἡπύτα, τοξότα, οἱ γὰρ Διολεῖς πολ-
λάκις εἰς ἅ ποιοῦσι τὰς εὐθείας· ὁ
Ἀρχύτα γὰρ φασιν ἀντὶ τοῦ Ἀρ-
χύτης, καὶ Ὑβραγόρα ἀντὶ τοῦ
Ὑβραγόρης. Schol. ad Dionys.
Thrac. apud Bekker. Vol. II. p.
818.] Ἰλιόφι, [Ἀσκληπιόφι, Ἰφι-
τόφι, ὄχεεσφι, χαλκόφι] qui ad
Atticam dialectum idem etiam

largius fecerunt. Et profecto
plurima apud Homerum occur-
runt, quæ cum variis dialectis
sunt communia, idque necessario
et pro conditione linguæ Græcæ,
qua fuerit, cum poeta scriberet."
Idem Pr. xviii, xix, xxi.

"Perantiqua et fere primæva
Græciæ lingua utitur Homerus:
atque illam (quam *Æolico-Ioni-
cam* nominabat *R. B.* apud *Horsley*
de prosodiis, p. 156.) populares
sui vulgo loquebantur. Profectas
etiam fuisse diversas Græciæ dia-
lectos ab eadem origine nemini
non constat; et præ se ferunt
indicia diversarum ætatum, per
quas inter progrediendum a pris-
ca orationis simplicitate ad poli-
tiorum elegantiam sæculorum de-
venerunt. Hinc tantam inter se
necessitudinem habent Græcæ
dialecti, ut nullo limite singu-
larem aliquam circumscribas, qui
sola sua et sibi propria, ac non
multa simul includat, quæ in cen-
teris etiam occurrant, quanquam
forsan rariore usu. Hinc inju-
ria sæpe Grammaticos invehitur,
quod Atticis tribuant, quæ in
illis occurrunt et contra. Nam
vocem Atticam plerumque vocant
et alteram ἑλληνικὸν sive κοινὴν,
non quod ea sit his vel illis om-
nino propria, sed quod his sit
usitatio." *BURGESS.* Conf. *Piers.*
PRÆF. ad Mœrid. PP. XXIV.
XXVIII. XXXII. et ad Herodian.
456.

Verum enimvero "Pars ac
fons, e quo reliquæ omnes efflux-
erunt, est lingua Homericæ; quæ
non e diversis dialectis et licen-
tibus poeticis, ut grammatici som-
niarunt, confata est; sed Achæ-
orum vel Danaorum veterum
sermo quotidianus et universalis
fuit; quo, Homericis temporibus,
omnia publica et privata negotia

transigebantur; atque omnes sensus et affectus animorum exprimebantur: eorum enim temporum homines neque lexica, neque grammatica, neque libros ullos habebant; quapropter, si poeta verba insolita, aut modos loquendi ab usu communi abhorrentes, in carminibus usurpasset, nemo auditorum intellecturus fuisset." *Knight Proleg. ad Hom. LXX. Conf. Crit. Rev. (June 1803, pp. 136, 7.)*

"Sub primis Græciæ temporibus coloniarum migrationes crebro factas, ut aliter fieri non potuit, ita ex testimoniis veterum constat fuisse. Multæ septentrionalium populorum, quæ Hellada habitabant, suis desertis regionibus, in provincias meridionales migrarunt, ducti, ut aiunt, domus Deucalionæ principibus. Hi populi, qui dialecto utebantur, quæ postea *Æolica* nomen tulit, sic ab Æolo, nepote Deucalionis, dictæ, partim Bœotiam occuparunt, partim ulterius progressi, in Argolide et Laconia constiterunt. Hi vero, cum Heraclidæ Peloponesum redirent, expulsi inde ad eam peninsulæ partem fugerunt, quæ *Ionia* vocabatur, quam profecto novi incolæ Achaiam nominabant secundum Achæi nomen, qui eos ab Hellade in Peloponesum deduxit. Pars adeo veterum incolarum *Ionicorum* locum iis coacti cedere, in *Atticam* se receperunt. Jam facile hinc accidere potuit, ut *Æolica* dialectus, qua Achæi utebantur, cum *vetere Ionica* permisceretur: uti *Ionica* etiam, nunc in *Atticam* invecta, cum *vetere* *Atticæ* commercium haberet." *Burgess.*

Dionys. Halicarn. ii. p. 238. ed. *Huds.* Οἱ δὲ [συγγραφαίς]

πρὸ τοῦ Πελοποννησιακοῦ γενόμε- SECT.
νοι πολέμου, καὶ μέχρι τῆς Θουκυ- IV.
ρίδου παρεκτείναντες ἡλικίας, ὁμοί-
ας ἔσχον ἅπαντες ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ
προαιρέσεις· οἱ τε τὴν Ἰάδα προε-
λόμενοι διάλεκτον, τὴν τε τοῖς τό-
τε χρόνοις μάλιστα ἀνθούσαν, καὶ
οἱ τὴν ἀρχαίαν Ἀτθίδα, μικρὰς
τινας ἔχουσαν διαφορὰς παρὰ τὴν
Ἰάδα. Strabo viii. p. 484. Οχ.
τὴν μὲν Ἰάδα τῇ παλαιᾷ Ἀτθίδι
τὴν αὐτὴν φάμεν· καὶ γὰρ Ἴωνες
ἐκαλοῦντο οἱ τότε Ἀττικοὶ, καὶ
ἐκεῖθὲν εἰσιν οἱ τὴν Ἀσίαν ἐποικί-
σαντες Ἴωνες, καὶ χρῆσάμενοι τῇ
νῦν λεγομένῃ γλώττῃ Ἰάδ' Ἰοανν.
Grammat. f. 235. a. Ἰὰς ἐστὶ
διάλεκτος, ἣ κέχρηται Ἴωνες· δο-
κεῖ δὲ ἀρχαία εἶναι Ἀτθίς. "Imo
fuerunt *Iones* et *Attici* olim iidem,
sermo idem; cum Homerus canit
[II. N, 685.] Ἔνθα δὲ Βοιωτοὶ καὶ
Ἰάονες—eum *Athenienses* intel-
lexisse, constat." *R. B. de Phalar.*
p. 316. Hesychius Ἰάονες·
Ἀθηναῖοι. Herodot. i, 56. ἱστο-
ρίων δὲ [Κροίσος], εὔρισκε Λακε-
δαιμονίους καὶ Ἀθηναίους προέ-
χοντας, τοὺς μὲν τοῦ Δωρικοῦ
γένεος, τοὺς δὲ τοῦ Ἰωνικοῦ. 147.
εἰσὶ δὲ πάντες Ἴωνες, ὅσοι ἀπ'
Ἀθηνῶν γεγόνασιν. Thucyd. v,
9. Brasidas Peloponnesios allo-
quens—Δωριῆς μέλλετε Ἴωσι μά-
χεσθαι—Hermocrates ibid. vi,
77.—ὅτι οὐκ Ἴωνες τὰδε εἰσὶν—
ἀλλὰ Δωριῆς ἀπ' αὐτονομίου τῆς
Πελοποννήσου τὴν Σικελίαν οἰ-
κοῦντες. In ista Hermocratis
Syracosii apud Thucyd. vi, 80.
ἐπιβουλενόμεθα μὲν ὑπὸ Ἴώνων
αἰεὶ πολεμίῳ, προδιδόμεθα δὲ ὑπὸ
ἡμῶν Δωριῆς Δωριέων—regerit
Euphemus Atheniensis, ἔχει δὲ
καὶ οὕτως ἡμεῖς γὰρ Ἴωνες ὄντες
Πελοποννησίους Δωριεῖσι, καὶ
πλείοσιν οἷσι καὶ περιοικοῦσιν,
ἴσκειψάμεθα ἡμῶν τρόπῳ ἥκιστα
αὐτῶν ὑπακούσμεθα,—vii, 57.

SECT. Ἀθηναῖοι μὲν αὐτοὶ Ἴωνες ἐπὶ
 IV. Δωριέας Συρακοσίους ἐκόντες ἤλ-
 — θον.—Ἴώνων appellationem pro
 opprobrio Atheniensibus obje-
 runt Lacones; vii, 5. Gylippus—
 Πελοποννήσιοί τε ὄντες καὶ Δωριῆς,
 Ἴώνων καὶ νησιωτῶν καὶ ξυγκλύ-
 ὶδων ἀνθρώπων κρατήσαντες.—viii,
 25. καὶ οἱ μὲν Ἀργεῖοι τῷ σφετέρῳ
 αὐτῶν [Ἀθηναίων] κέρῳ προεκά-
 ζαντες καὶ καταφρονήσαντες, ὥς
 ἐπὶ Ἴωνάς τε καὶ οὐ δεξιμένους
 ἀτακτότερον χωροῦντες.—Æs-
 chyl. Pers. 178. Ἰαόνων γῆν οἴ-
 χεται, πέρσαι θέλων. 563. Διὰ δ'
 Ἰαόνων χέρας Τυτθά γ' ἐκφυγεῖν
 ἄνακτ' Αὐτόν.—950. Ἰώνων γὰρ
 ἀπήγυρα, Ἰώνων ναύφρακτος Ἄρης
 ἑτεραλκῆς.—1012. Ἰαόνων ναυβα-
 τῶν κύρσαντες οὐκ ἐντυχῶς. 1026.
 Ἰαόνων λαός οὐ φηγαίχμας; Conf.
 Aristoph. Acharn. 104. 106.
 “Persæ fortasse omnes Græcos
 Ionum titulo comprehendebant;”
 Herodot. iv, 98. καλέσας [Δα-
 ρεῖος] ἐς λόγους τοὺς Ἴώνων τυ-
 ράννους, ἔλεγε τὰδε “Ἄνδρες Ἴω-
 νες, —ATHENIENSES, æque ac
 Iones, sensim linguam suam mu-
 tarunt; et Ἀρχαία καὶ νέα Ἀθῆναις
 omnibus innotescit.—Cause mutationum
 in lingua Attica neminem effugiunt.
 “Si enim multitudinem hominum,
 undique in istam civitatem confluentium
 [Vesp. 705. Εἰσὶν γε πόλεις χί-
 λιαί, αἱ νῦν τὸν φόρον ἡμῖν ἀπά-
 γουσι.]; si ingentem, ex omnibus
 terræ partibus, servorum nume-
 rum; si inquilinorum; si bella
 continua, foris gesta; si exerci-
 tus, qui plerumque alebantur
 domi, mercenarios; si mercaturam
 denique, quam, apud suos,
 et per totam Græciam faciebant,
 magnam et copiosam, spectemus:
 prius mirabimur, tam parvam
 fuisse eorum dialecti mutationem,
 quam nullam omnino fuisse, cum

Boyleo dicemus.” [Aristophanis
 ætate Cives Athenis 30,000 et
 amplius; Eccles. 1124. “Ὅστις
 πολιτῶν πλεῖον ἢ τρισμυρίων.
 Hanc fabulam docuit Aristophanes
 circiter Ol. xcvi, 4. Xenoph. Mem. iii, vi, 14. ἀλλ'
 ἐπεὶ ἡ μὲν πόλις ἐκ πλείονων ἢ
 μυρίων οἰκῶν ξυνήστηκε, χαλεπὸν
 δὲ ἔστιν ἅμα τοσοῦτων οἰκῶν ἐπι-
 μελεῖσθαι.—Conf. Œconom. viii,
 22. quibus adde Wesseling. ad
 Diod. Sic. xviii, 18. Taylor. ad
 Aristogit. i, 482. et Mus. Cantab.
 T. i. p. 541. T. ii. p. 215.]
 “Tempore Demetrii Phaleri
 (Athen. vi. p. 272. B. C.) Ol.
 cx. qui in Attica habitabant, ci-
 vium numerabantur 21,000. in-
 quilinorum 10,000. et 400,000.
 servorum. Si jam xix. amplius
 servi et inquilini erant pro uno
 cive, ut hæc ratio declarat; hoc
 unum, ad eorum linguam valde
 mutandam, abunde sufficiebat.
 Sed inter causas mutatae et mixtae
 Græcæ, et vero cujusvis alius,
 imperium in primo loco, opinor,
 ponendum. Docet enim ipsa ratio,
 si qua natio, alias gentes,
 diversa lingua utentes, devincat,
 easque armis, præsidiiis, et ditione
 teneat; posse eam quidem, ista
 via, extinguere veterem devictæ
 gentis linguam; attamen neces-
 sario retinere aliquid mixti, ex
 ea lingua, quam perdat: vel, si
 copiosa aqua paullum vini
 misceas, [Athen. viii. 362. A.],
 Ἀπόλεσας τὸν οἶνον, ἐπιχέας
 ὕδωρ, vinum quidem perdes, sa-
 porem tamen mixti retinebit
 aqua.” R. B. de Phalar. pp. 402,
 3=225, 6. Optime Pierconius,
 cui si benignissimum nomen vi-
 tam longiorem dederit, nihil nobis
 de duplici dialecto Attica nisi
 discendi laborem reliquisset, ad
 Mar. p. 348. Σωδάριον, Ἑρμπε-

πος, τὸ ὑφ' ἡμῶν σουδάριον: Postquam citavit *Salmas. Plin. Exerc. p. 852. b. E. cui adde p. 458. b. B. et Jo. Ger. Vossium*, hoc modo pergit: "Athenienses olim præ ceteris Græcis et victu et dialecto usi sunt e reliquis Græcis et barbaris mixta. Testis locupletissimus *Xenoph. de Republ. Athen. 696. C. ed. Leunclav. καὶ οἱ μὲν Ἕλληνες ἰδίᾳ μᾶλλον καὶ φωνῇ καὶ διαίτη καὶ σχήματι χρώνται. Ἀθηναῖοι δὲ κεκραμένῃ ἐξ ἀπάντων τῶν Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων*. Hinc multa in linguam suam receperunt vocabula Persica, multa Ægyptia, multa Macedonica, nonnulla Sicula. De Persicis et Macedonicis insignis locus est *Athenæi L. 111. p. 121. E, F. et p. 122. A. Ἐπὶ τούτοις λεχθεῖσιν ὁ Κυροῦλος πεινῆ ἤγησε δικόταν, εἶν λέγων ἀλμυροῦς λόγους γλυκίσιν ἀποκλύζεσθαι νάμασιν [Plato. Phædr. p. 343. E. Læm. = III. p. 243. D. 4. R. P. Advss. p. 67.]. πρὸς ὃν ὁ Οὐλπιανὸς σχετλιάσας καὶ τύψας τῇ χειρὶ τὸ προσκεφάλαιον ἔφη, μέχρι ποῦτε βαρβαρίζοντες οὐ παύεσθε; ἢ ἔως ἂν καταλιπῶν τὸ συμπόσιον οἰχωμαι, φέρειν τοιούτους λόγους [πέττειν ἡμῶν τοὺς λόγους MSS. A. et Epp.] οὐ δυνατός; καὶ ὅς, ἐν Ῥώμῃ τῇ βασιλευσῶσῃ διατρέβων τὰ νῦν, ὧ λῶσθε, ἐπιχωρήψω κέχηρημαι κατὰ τὴν συνήθειαν φωνῇ. Καὶ γὰρ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις ποιηταῖς, καὶ συγγραφεῦσι τοῖς σφόδρα Ἑλληνίζουσιν, ἔστιν εἰρεῖν καὶ Περσικὰ ὀνόματα κείμενα διὰ τὴν τῆς χρήσεως συνήθειαν, ὡς τοὺς παρασάγγας καὶ τοὺς ἀγγάρους, καὶ τὴν σχοῖνον ἢ τὸν σχοῖνον. μέτρον δ' ἔστι τοῦτο ὁδοῦ μέχειν νῦν, οὗτω παρὰ πολλοῖς καλούμενον. Μακεδονίζοντάς τ' οἶδα πολλοὺς τῶν Ἀττικῶν διὰ τὴν ἐπιμιξίαν. Persi-*

cum vocabulum est *κυρβασία*, quo sect. utitur *Aristophanes* [Av. 487.]: *Κανόνταλις Menandro et Diphilo* usurpatum; vid. *Pollux Lib. x. sect. 137. [R. B. ad T. H. p. 104=308.]. Παράδεισος, Pollux L. ix. sect. 13. ἦκει καὶ κατὰ συνήθειαν εἰς χρῆσιν Ἑλληνικὴν, ὡς καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν Περσικῶν [Xenoph. Anab. I. p. 39. παράδεισος πάνυ μέγας καὶ καλός.]. Multa peregrina vocabula recenset *Eustathius* ad Od. T. p. [1854. 27.] 680. l. 44. Ægyptia quædam, quæ Athenienses civitate donarunt, *Pollux L. vii. sect. 71. καλάσις, φώσων, ἡμιτύβιον, (Aristoph. Plut. 729.)* etc. quibus adde, quod paulo ante apud *Mæridem* occurrit (p. 344.), *Στίρμις. Βαράνιον* sive *παράνιον*, vocem Siculam, teste *Hesychio* [et *Polluce x, 107. R. B. ad T. H. p. 103 = 305.], Eubulus* adhibuit apud *Athen. L. ix. p. 396. A.* Sic itaque *Hermippus*, veteris comædiæ Poëta, vocem usurpare potuit Latinam. Quanquam enim Romani tum temporis non valde frequens cum Græcis aut cum Atheniensibus commercium habuerunt, tamen hoc ipso tempore, quo floruit *Hermippus*, aut paulo antea legatos Athenas miserant, legum describendarum causa. *Hermippus* cum ceteris veteris Comædiæ Poëtis floruit Olympiad. LXXXV. et seqq. Unde liquet, vocem Latinam ipsi potuisse innotescere, quam vel per jocum adhibuisse censendus est, vel hominem Siculum aut Doriensem ea utentem introduxisse. In *Epicharmi* certe Siculi, *Hermippo* antiquioris, fragmentis non pauca reperiuntur voces Latinæ. *Νούμμοι, nummi*, apud *Polluc. L. ix. sect. 79. ὁ δὲ νόμμος ὁκεῖ μὲν εἶναι Ῥωμαίων τούνομα τοῦ**

SECT. νομίματος ἔστι δὲ Ἑλληνικόν,
 IV. καὶ τῶν ἐν Ἰταλίᾳ καὶ Σικελίᾳ
 Δωριέων. ὁ Ἐπίχαρμος τε γὰρ ἐν
 ταῖς Χύτραις φησίν. Ἄλλ' ὅμως
 καλά καὶ πῖοι ἄρνες, εὐρήσουσι δέ
 μοι καὶ νούμους, πωλατίας γὰρ
 ἐντι τᾶς ματρὸς. [versus emen-
 dados sic digessit R. B., Ἄλλ'
 ὅμως καλά τε πῖοι τ' ἄρνες εὐρή-
 σουσί μοι Δέκα νούμους (vel
 νόμως), πωλατεία γὰρ ἐντι μετὰ
 τᾶς ματρὸς. in *Boyl.* p. 465=
 263. πωλατικᾶς γὰρ ἐντι τᾶς μα-
 τρὸς maluit *Koen.* ad *Greg.* p.
 130.] καὶ παλίν Κᾶρνεῖ ἰὼν εὐθὺς
 πρῶ μοι δέκα νούμων μόσχον
 καλήν· ad *Iambos* ab R. B. re-
 ductus, Κᾶρνεῖ ἰὼν Εὐθὺς πρῶ
 μοι δέκα νούμων μόσχον καλήν.
Ibid. p. 464. [νόμων — καλὴν
Tourp. ad *Suid.* l. 419. et *Valck.*
 ad *Adoniaz.* p. 308.] *Pseph.*
Byz. ap. *Demosth.* de *Cor.* pp.
 278, 9. καὶ τὼς νόμως καὶ τὼς
 τάφως, — Ὀγγία [Ὀγγία recen-
 tiores], *uncia*, ἡμίνα, λίτρα: ex
 eodem *Eustathius* laudat, ad *Il.*
 x. p. [1282, 48] 1389. l. 11.
 ἢ δὲ ἡμίνα οὐδαμοῦ. ἔστι δ' οὐδὲν
 παρ' Ἐπιχάρμῳ, ὅς καὶ ὄγγιαν
 λέγει, καὶ λίτραν. Πόλτον, *pul-*
tem, *Athenæus* *Lib.* xiv. p. 648.
 B. Καὶ Ἐπίχαρμος δὲ οὕτως λέ-
 γει ἐν Γᾶ καὶ Θαλάσση [—σα].
 πόλτον ἔψειν ὄρθριον. “*Athenæus*
III. p. 111. C.” ex emendatione
 viri clarissimi “*Δεινόλοχος ἐν*
Τηλέφῳ—πᾶνα τὸν ἄρτον καλεῖ.
Grammaticus *MS.* in *Bibl. Sangerm.*
 [Anti *Att.* p. 112. 28.
Bekker.] Πιττάκιον εἶπε *Δεινό-*
λοχος Τηλέφῳ *Dinolocho*, Siculo
 ποιῆτῃ, perinde atque *Epicharmo*
 (patri suo) licebat *Σικελίζειν*—
Ruhnken. ad *Vell. Paterc.* i, v,
 20. Verum tamen harum vocum
 omnium origo in Italiane, an in
 vicina Sicilia quærenda sit, ob-
 scurum est: neque eadem omni-

bus licentia. *Epicharmo* Siculo
 vocabula Siciliensibus nota licuit
 usurpare; *Hermippo* Atheniensi
 vix videtur fuisse licitum, vocem
 Latinæ originis in theatrum At-
 ticum inferre, quam nemo fortis-
 sissimus spectatorum intellexisset.
 Sed forte hominem, ut dixi, Do-
 riensem in scenam introduxit;
 hi enim *ov* mutant in *ω*, ut notis-
 simum. *Mæris* autem hoc no-
 men, utpote singulare et rarissi-
 mum, adnotandum et explican-
 dum sibi sumsit.” pp. 349, 350.
Plutarch. V. *Marcelli* T. i. p.
 309. C. I. καὶ λόγχας τινὰς
 ἐδέεικνυσαν καὶ κράνη χαλκᾶ [ἐν
 Σικελίας Ἐγγυίῳ], τὰ μὲν ἔχοντα
 Μηριόνου, τὰ δὲ ὈΥΓΑΙΞΟΥ, τοῦ-
 τεστιν Ὀδυσσέως, ἐπιγραφὰς, ἀνα-
 τεθεικότων ταῖς Θεαῖς. Sic *Βα-*
σσιλεύς vox origine *Scythica*.
 Ad v. *Βουνός*, ὀθνεῖα ἢ φωνή
 τῆς Ἀττικῆς *Philemonis* duo
 versus citat *Phrynicus* p. 156.
 A. *Βουνόν* ἐπὶ ταύτη καταλαβὼν
 ἄνω τινά. B. *Τίς ἐστ' ὁ βου-*
νός, ἵνα σαφῶς σου μανθάνω;
 R. P. Plurima vocabula ex Ori-
 ente in Græciam per mercatorem
 delata sunt. *Οἶνος*—“*οἶνος*
 enim in veteri sermone Græco
μῶνος significat: *Æoles* vero *μ*
 ab initio abjicere solebant; ut
ἴα pro *μία*: habes itaque vocis
 Romanæ primordia: *οἶνυς-
 οἶνυς-οἶνυς*. Inscriptio *Lucii*
Scipionis, qui anno U. C. ccccxciv.
 Consul fuit, effossa ad portam
 Capenam, exhibet; *ονοκ. οἶνο*.
 —i. e. *Hunc unum*.”—*Salmas.*
Plin. *Exercit.* p. 362. b. E. ad
Vopisc. p. 472. *Hemsterhus.*
 apud *Gaisford.* ad *Hesiod.* “*Εργ.*
 II. et alibi. Verba in re nautica
 a Phœnicibus; ut Ἀγκυρα· num-
 maria ab iisdem, ut, *Δραχμή*,
Μνᾶ, Ὀβολός· conf. *Salmas.* de
 Usuris pp. 425—429. Musica a

Palæstinis; ut *ράβλα*. Soph. *Fragm. inc. lxiv.* Sopater apud Athen. iv. p. 175. C. Philemon *ibid.* D. et *R. P. Adverss.* p. 73. *Valck.* ad Callimachæa p. 16.— Ex Oriente in Græciam commigrarunt *Μύρον* *Νίτρον* *Ἰθόνη* *Σίνδων*.—Nomina item *animalium* multa, et *stirpium*, et *plantarum* in Achaiam invecta sunt.—“Cetrops quoque Ægyptius in Græciam attulit religionem sibi patriam una cum appellationibus patriis. Hinc deorum nomina apud Græcos origine sunt Ægyptiaca.” VALCKENER. — Commemoratu quoque dignum Artemidorum in geographiæ fragmento apud *H. Stephanum* inter *Atticos* et *Athenienses* dignoscere: τῶν δ' ἐνοικούντων οἱ μὲν Ἀττικοί, οἱ δὲ Ἀθηναῖοι οἱ μὲν Ἀττικοί, περιέργοι ταῖς λαλιαῖς, ὑπουλοὶ, σκυοφαντώδεις, παρατηρηταὶ τῶν ξενικῶν βίων οἱ δὲ Ἀθηναῖοι, μεγαλόψυχοι, ἄπλοοι τοῖς τρόποις, φιλίας γνήσιοι φύλακες. Ἐξ ὧν, inquit Aristides T. i. p. 98. *Jebb.*, εἰλικρινῆ δὲ, καὶ καθαρὰν, καὶ ἄλυτον, καὶ παράδειγμα πάσης τῆς Ἑλληνικῆς ὁμιλίας φωνῆν εἰσνήγχαντο” *adco ut ingenia solis Atheniensium muris clausa existimes.*

“Dorum sermonem antiquum ac semibarbarum, a Lacedæmoniis, veterum morum modorumque tenacissimis, servatum esse credo; et specimen ejus, corruptum scilicet ac mendosum, adhuc extare in decreto contra Timotheum. Dorica dialectus a lyricis, tragicis, et bucolicis poetis usurpata, non est sermo gentilitius populi alicujus; sed lingua in usum poeticum conficta, atque partim et variis archaïsmis, partim ex usu vulgari recentiorum Dorum conflata; quorum

præcipua pars sermonis ex Æ-
olico formata videtur, cum qua
multa saltim communia habet.
Conf. Strab. viii, p. 484. Oxon.

SECT.
IV.

Æolum tamen atque *Ionum* lingua una eademque fuisse videtur; neque in diversas abiisse dialectos, nisi post emigrationes in Asiam; ubi gentes illæ, quæ generatim Danai et Achæi appellabantur, in varias, et a se invicem remotas civitates dispersæ, in varias species diversorum idiomatum patrium sermonem paulatim deflectebant; ita ut Herodoti ætate [1, 142.] quatuor varietates linguæ inter ipsos Iones Asiaticos observarentur; neque pauciores neque minus diversos fuisse modos loquendi in Sicilia et Italia coloniis, e veterum monumentis ac testimoniis certissime constet. Verbum, quod in communi et Attico sermone ΠΛΑΣΣΩ et ΠΛΑΤΤΩ scribebatur, apud diversos Doricæ stirpis populos ΠΛΑΣΩ, ΠΛΑΣΔΩ, et ΠΛΑΔΔΩ fiebat; atque alias Dorismus antiquus in varias abibat formas, singulas singulis civitatibus proprias et peculiarias; alius enim erat sermo Argivorum, alius Lacedæmoniorum, alius Rhodiorum, alius Cretensium, &c. &c. neque ipsius Cretæ una eademque erat omnium civitatum dialectus; at aliarum aliæ, ut e nummis adhuc extantibus plane liquet.” *Knight* LXVIII. De migrationibus Doriensium, vide T. H. in Schol. ad Ar. Plut. 385. pp. 114—117.

“Verum hæc dialectorum *Æolicarum* et *Ionicarum* affinitas non potuit quin confirmaretur, cum postea binas regiones Asiaticas duo illi populi incolebant proxime a se ipsis distantes. *Iones* autem

SECT. (adhuc enim in Attica nomen
IV. suum servabant, *Iones Attici*
dicti, ut illi, qui in Peloponoso
cum Achæis misti restabant,
Iones Ægialenses;) diu apud *At-*
ticos manebant, quibus amice et
familiariter utebantur: ita ut
miratus fueris ni plerumque ip-
sorum lingua ad *Atticam* propius
quam ad *Æolicam* accesserit.

Cum vero incolis tandem *At-*
tica abundabat, Ionem Xuthi fi-
lium coloniae Ionicae ducem fu-
isse traditur, et regionem, qua
sui desiderunt, Ioniam vocavit;
et paucis post annis Neleus, Codri
filius, imperium Atticae Medonti
cedens fratri alteram Ionum coloni-
am in Asiam deduxit [Vide
Ruhnk. ad V. Patercul. I, iv.]. Et
non ita longo post ex Achæis
etiam colonia in vicinam Asiae
partem migravit, quam deinde
Æoliam, post Achæi sui avum,
vocarunt. [Vide *Edwards* ad
Pseudo-Plutarch. p. 106.] Dia-
lectus autem *Ionica*, fortasse fa-

miliarissimo Atticorum commer-
cio non parum melior facta, brevi
adeo exulta fuisse videtur, ut
Æolicam vicinam post se longo
relinqueret intervallo.

Jam constat linguam Graecam
in tres majores partitiones dividi,
Æolicam sive *Doricam*, *Ioniam*,
et *Atticam*. [Quinque loquendi
formas recenset Scholiastes ad
Dionys. Thrac. p. 739. διάλεκτοι
δὲ εἰσι πέντε, Ἰάς, Ἀθίς, Δωρίς,
Διολίς, κοινή, ἧ πάντες χρωῖνται
γλωσσηματικαὶ δὲ λέξεις εἰσὶν αἱ
ἐπιχωριάζουσαι, τούτέστιν αἱ καθ'
ἐκάστην χώραν ἢ πόλιν ἰδαί τινες
λέξεις *.] Verum ut ex linguae
progressione factae fuerunt illae
partitiones, sic quaeque partitio
habet suas varietates, suaque mi-
nora progressionis signa. Nam,
qui has res diligentius tractarunt,
Æolismum *Dorismum*que memo-
rant antiquiorem et recentiorem:
Ioniam quoque veterem et no-
vam: cujus etiam χαρακτηρες
τεσσαρες ab Herodoto [I, 142.]

* “ τῶν Ἑλλήνων οἱ μὲν εἰσι Δωριεῖς, οἱ δ' Διολεῖς, οἱ δ' Ἰωνες,
οἱ δὲ Ἀττικοί.—καὶ οὗτοι τρόποις καὶ ἤθεσι διαφέρουσιν ἄλλήλων.
δοκεῖ γὰρ τὸ Δώριον ἀνδρωδέστερον τε εἶναι τοῖς βίσις (ε. τῷ βίῳ) καὶ
μεγαλοπρεπές τοῖς φθόγγοις τῶν ὀνομάτων καὶ τῷ τῆς φωνῆς τόνῳ. τὸ
Ἰωνικὸν δὲ ἐν πᾶσι τούτοις ἀνεμείνον' χαυνοὶ γὰρ οἱ Ἰωνες. τὸ δὲ Ἀττι-
κὸν εἰς τε δαίταν καὶ φωνῆς ἐπιτέχνησιν αἰεὶ διαφέρει. τὸ δὲ Διολικὸν
τῷ τ' αὐστηρῷ τῆς δαιτήτος καὶ τῷ τῆς φωνῆς ἀρχαιοτρόπῳ. διὰ τοῦτο καὶ
τὴν βαρύτητα τῶν τόνων καὶ τὴν ψιλότητα τοῦ πνεύματος ἐξηλώκασι.”
Schol. ad Dionys. Thrac. p. 662. Nunc audi disputandi artificem: “ Τοῦτο
δὲ οὐκ ἐστὶ πιθανόν. τί γὰρ ἡ βαρεῖα τάσις καὶ τὸ ψιλὸν πνεῦμα πρὸς τὸ
αὐστηρὸν τῶν τρόπων αὐτῶν; ἀλλὰ διὰ τοῦτο βαρυντικοὶ εἰσι καὶ ψιλωτικοὶ οἱ
Διολεῖς, ἰπειὴ τοῖς ἀσθενεστέροις χαίρουσι. καὶ γὰρ τὸ φθέρῳ φθέρῳ λέγουσι,
καὶ τὸ σπέρῳ σπέρῳ· τὸ δὲ θέσι μακρὸν ἀσθενέστερον τοῦ φύσει μακροῦ.
εἰκότως οὖν καὶ τῷ βαρεῖα τάσει καὶ τῷ ψιλῷ πνεύματι κίχρηται. καὶ γὰρ
ἡ βαρεῖα τάσις ἀσθενεστέρα ἐστὶ τῆς ὀξείας τάσεως. ἡ γὰρ βαρεῖα οὐκ ἐστὶ
κύριος τόνος λέξεως, ἀλλὰ συλλαβῆς. ἡ δὲ ὀξεία κύριος ἐστὶ τόνος. κύριοι γὰρ
τόνοι τῶν λέξεων δύο εἰσὶν, ἡ ὀξεία καὶ ἡ περισπωμένη. καὶ δῆλον, εἴγε ἐν τῇ
συλλαβῇ, ἐν ᾗ ἐστὶν ὁ κύριος τόνος τῶν λέξεων, οὐκ εὐρίσκομεν βαρεῖαν, ἀλλ' ἡ
ὀξείαν ἢ περισπωμένην. ὅσον δὲ λέξις συλλαβῆς ἀνδρειότερον, τοσοῦτον καὶ ἡ
ὀξεία τῆς βαρεῖας ισχυροτέρα. καὶ ἡ ψιλὴ δὲ τῆς δασείας ἀσθενεστέρα, εἴγε
δασίος μὲν πνεύματος ἐπιφερομένου τρέπεται τὸ ψιλὸν εἰς τὸ δασὸ ἀντίστοιχον,
ἄτε δὴ ἀσθενέστερον ἂν, ὅσον ἀμφὶ αὐτὸν—ἀμφ' αὐτόν, ἀμφὶ ἀγαθὸν—ἀμφ' ἀγα-
θόν.” Ibid. p. 663.

memorantur. Vide *Bentleii* Dissert. p. 399. Atticorum dialectus etiam *triplex* dicitur. Attici enim audiunt *Veteres, Medii, Novi*. De triplici Atticorum ordine vide *Salmas.* de ling. Hellen. pp. 437, 438. *Koenium* ad *Gregorium*, p. 305. *Piersonum* Præfatione ad *Mærin*, p. 26, 27. et not. p. 405. *Taylor*. Ind. Attic. ad *Lysiam*, et *Bentleium*, ubi supra.—In hac vero progressionem, dum multa antiqua ex usu exciderint, multa quoque cum recentioribus mista remanserunt. Et sic *Æolica* dialectus habet multa cum *Ionica* communiter, ut *Ionica* cum *Attica*. De *Ionica* fere eadem cum *vetere Attica*, vide *Salmas.* de ling. Hellen. p. 413. *Koenium* pp. 66. 68. etc.

Jam demum dialectis sic deductis, facile *Æolicam* cum *vetere Ionica* atque *illam* cum *vetere Attica* conjungimus; nec mirum esse videtur in *Atticis* scriptoribus *Tragicis* sæpe extra *Choros* occurrere dictiones *Æolicas, Doricas, Ionicas*, aut alias rursus pro *Atticis* in *Ἑλληνικοῖς* reperiri. [*Athen.* ix, 402. C. Διοχόλος διατρίψας ἐν Σικελίᾳ πολλάκις κίχρηται φωνᾷς Σικελικαῖς.]

Denique adeo *Æolicam*, sive *Doricam*, antiquam fuisse Græciæ dialectum, et cæterarum dialectorum principem ac quasi matrem, statuamus, quam loquebantur non una gens, sed antiqui universi Græci, unde cæteræ, variis mutatae causis, defluerunt. Venerandæ istius antiquitatis multa sunt vestigia in recentioribus etiam scriptoribus: plura vero cuique, ut par est, quo sit antiquior. Quam plurima sunt in *Homero* fere primævæ simplicitatis vocabula, quæ, ut probabile

est, quum scriberet, vulgi usu excidisse, ita plane constat grammaticos veteres, qui post eum vixerunt, eorum cum origine, tum significationes, parum perspexisse. Atque hinc tot *Homero* ἀπαξ λεγόμενα [aut certe σπανίως εἰρημένα] tot vocabula, quæ ad poeticam licentiam referuntur, sed quæ forsitan a vetustate repetita fuerint, atque extant insignes antiquitatis reliquiæ. μεθίω δὲ τὰς ἐμπάσας [τῆς Ἑλλάδος γλώσσας] ῥεῖν εἰς τὴν τῆς Ὀμήρου καὶ μάλα ποιητικῆς μισγαγκείας [Π. Δ, 453.] ὑποδοχὴν. Plato in *Philebo* T. II, 62. D. 3.

Revera *Homerus* veteri Græcæ linguæ fidelis custos. Etenim quæ vulgo obsoleverunt, illa ipsa affectabat, quæ gravitatem dignitatemque orationi tribuerent. Verba autem, quæ antiquitatem redolent, et sanctiorem et magis admirabilem faciunt orationem; eoque ornamento acerrimi iudicii *P. Virgilius* unice est usus; voces enim veneranda antiquitatis robigine obsitæ sanctiorem faciunt orationem, et apud *Tragicos* Græcos pellucet et aspergunt illam, quæ etiam in picturis est gratissima, vetustatis inimitabilem arti auctoritatem. [*Diog. Laert.* in *Zenon.* vii. p. 168. Lond. 1664. ἔφασκε δὲ [Ζήνων] τοὺς μὲν τῶν ἀσολοίκων λόγους, καὶ ἀπηρτισμένους, ὁμοίους εἶναι τῷ ἀργυρίῳ τῷ Ἀλεξανδρινῷ· εἰσφθάλμονες μὲν καὶ περιγεγραμμένους, καθὰ καὶ τὸ νόμισμα, οὐδὲν δὲ διὰ ταῦτα βελτίονας· τοὺς δὲ τοῦναντίον ἀφωμοίου τοῖς Ἀττικοῖς τετραδραχμοῖς, εἰκὴ μὲν κεκομμένους, καὶ σολοίκως, καθέλκειν μέντοι πολλάκις τὰς κεκαλλιγραφημένας

SECT. IV. mata invehendum; quippe quod gentis Æolicæ^s proprium fuisse non uno indicio adducti confirmemus.

λέλειε.] Hujus quoque notæ voces scriptis suis liberrime adperse- runt Tragici veteres." *Burgess.*

3. "De Historia literæ Digamma multi exposuerunt, in quibus præcipui *Bouhierius*, *Chishullus*, *Reinoldus*, et de ea bene meritus *Franciscus Wise*: qui potestatem ejus quoque et usum explicavit, et quantum valeat in rebus Etymologicis ad linguarum progressionem indicandam et cognationem dialectorum. Primus vero omnium *Bentleius* vidit quantam vim ad Græca metra expedienda habuerit. Et quod pro singulari sua sagacitate reperit vir summus, eandem rem *Apollonius*, gravissimus sane grammaticus, in scriptis post *Bentleii* sententiam publicatam editis confirmavit: qui literam quoque memorat adhibitam fuisse ab antiquis poetis in illis ipsis vocabulis, quibus eam *Bentleius* adjudicavit. Quod in universum docuerat *Bentleius*, id singulatim et fusius pertractavit *Davesius* in Sectione, de qua nunc agitur." *Burgess.* Post *Bentleium* et *Davesium* nonnulla egregia notavit *H. P. Knight*, in tentamine analytico elementorum Græcorum et in prolegomenis ad Homerum, LXXXV. "Figura antiquissima digamma Italos et Italiotas V et I fuit, ut Veliensium nummis et Tabulis Heracleensibus constat." Quamvis ab Homero, ut supra refertur, tanquam e communi fonte profluxerunt, quidquid postea dialectorum civitates Græcas inundavit; Æoles tamen vetustatis perquam studiosi hor-

tulos suos ex hoc flumine irrigarunt; unde fit ut inter alias insignes linguæ propemodum exoletæ reliquias hanc formam conservarint; et laudes, quibus illos propter fidem egregiam plerumque prosequuntur Grammatici veteres, eæ ad Homerum quasi parentem traasmoveri debent. Hinc neque "ab ea inventum fuerat," monet idem vir doctissimus, §. LXXXVI, nec "Æolicæ dialecto, ab origine, proprium ac peculiare: quoniam certissime constat, tum tabulis Heracleensibus, tum marmore Deliaco, et nummis Veliensium, usum ejus, prioribus seculis, haud minus solennem fuisse in Dorum atque Ionum, quam in Æolum sermone; Heracleia enim Italiæ, Dorum e Tarento colonia fuit; atque urbs YEAH vel I EAIE (utroque modo nomen nummis inscriptum est) a Phocæis ex Ionia fugientibus Olymp. LX, condita est: et Delon, Caribus ante Homericæ tempora expulsis, Iones semper postea possidebant." CLXVII. "Digamma jamdiu, ante Alexandrinorum tempora, prorsus exoleverat, nisi obscuris aliquot Italiæ, Cretæ, et Peloponnesi dialectis; quas illi tanquam horridas, incultas, et semibarbaras, adeo contemnebant, ut scire dedignarentur; male profecto consulentes rei, quam tractandam susceperant, quoniam quæque dialectus, quanto incultior esset, tanto antiquissimæ propior, et ad poesin antiquissimam illustrandam aptior." *Knight.*

“ Jam quæ dicta sunt, eo pertinent, ut ostendant, Æolicam linguam non unius gentis fuisse propriam, sed antiquam universæ Græciæ dialectum: deinde ex progressionem linguæ Græcæ, et cognationem dialectorum ejus, ac tempore quo vixerit Homerus, atque consuetudine poetarum, antiquitatis scilicet custodum, *Homerum* dialecto, quæ sensim Æolica nuncupabatur, usum *potuisse*: denique ex testimoniis ipsius poematum, una cum scriptorum veterum auctoritate, *revera ea fuisse usum*: atque adeo Digamma, quod postea Æolicum designabant, ab *Homericis* scriptis olim non alienum.

Et in isto linguæ sæculo Homerus vixisse videtur, quo ei non omnino exoleverit antiquissima simplicitas: cumque valere cæperint, quæ postea latius in usu venerint: cum porro ea, quæ vulgi usu exciderant, in promptu fuerit revocare. Quæ vero apud *Homerum* ad diversas dialectos referuntur, sunt varietates locutionis non diversis populis et quasi e diversis linguis petitæ, sed quæ inconstantia linguarum peperit, quæ nova aliqua quotidie comminiscitur, dum sane a rudibus suis principiis ad elegantiam progreditur.

Nam poematis, quæ tam multis abhinc sæculis scripta fuerint, (quorum oratio etiam florente lingua Græca Græcis ipsis obsoleverat) quæ tot adeo glossatoribus explicata, tot Criticis emendata, quid mirum si plurima antiquioris dialecti exempla interciderint, quæ alii locis suis moverunt ob ignorantiam, alii, quod putarent analogiæ ea reponere, vel consuetudini suorum temporum. Dorica et Æolica,

et Ionica, veteraque Attica, plurima e Tragicis deturbata sunt, quorum multa viri docti e collatione Codicum MSS. et Scholiorum deprehensa restituerunt; et multa adeo quid vetat putare, quin in perpetuum perierint? Tanto plura vero *Homero* perisse credibile est, quanto est antiquior. Ad hoc, multi veteres Critici ex professo emendationem *Homeri* instituerunt: et quamvis Scholia, quæ extant, sæpe quid ab *Aristarcho* aliisque mutatum monent; attamen exiguum profecto commentariorum, præsertim veteriorum, in poetam scriptorum partem habemus, itaque multas mutationes ab iis factas nescimus forsitan, pro *Homericis* hodie habitas.” *Burgess*. “Lingua quasi tota immutata est:” *Knight Proleg.* LXXXIV. “Sed vel sic demum quod ad *scripturam*, de qua hic maxime agitur, pertinet, longe plura antiquæ dialecti Græcæ vestigia in *Homero*, quam alibi, inveniendi. Interim vero” “summa criticorum religio fuit in *Homeri* carminibus tractandis et ad posteritatem tradendis;” “numeri ac modi versus integri manent;” “eadem et integra est loquendi forma, eadem sententiæ, iudem characterum mores: qui ita depinguntur, ut *POETA* ubique animos legentium tanta dulcedine perfundat, quanta ex omnibus, quotquot extiterint, huc usque profecto potuit nemo. “*Ὅμηρον τὸν ποιητὴν χρόνῳ μὲν τῶν πλείστων, δυνάμει δὲ τῶν πάντων πρῶτον γενόμενον, εἰκότως ἀναγιγνώσκωμεν πρῶτον, ὀφελούμενοι τὰ μέγιστα εἰς τε τὴν φωνὴν καὶ τὴν διάνοιαν καὶ τὴν τῶν πραγμάτων πολυπειρίαν.*” *Burgessius*. Verissime *Quintilian*. Inst. Orat. x, 1,

SECT.
IV.

SECT. IV. Primum autem est, quod huc faciant uno consensu veterum testimonia. Horum autem præcipua libet describere. "At grammatici saltem omnes in hanc "descendunt⁴ rerum tenuitatem, desintne aliquæ "nobis necessariæ literæ; non cum Græca scribimus " (tum enim ab iisdem duas mutuamur⁵) sed proprie

46. *Hunc nemo in magnis sublimitate, in parvis proprietate superavit. Idem latus ac pressus, jucundus et gravis; tum copia, tum brevitate mirabilis: nec poetica modo, sed oratoria virtute eminentissimus.*

4. *descendent—desintne nobis aliquæ—Lagomarsini, fortassis ex vetustissimo bibliothecæ Medico-Laurentianæ codice.*

5. *duas mutuamur—*"Nihil igitur, quod græci græcis litteris scriberent, non poterant latini litteris suis scribere, si modo duas ad græcorum quædam vocabula scribenda mutuarentur. eæ quæ fuerint idem Quintilianus libro XII. cap. 10. docet. *Jucundissimas, inquit, ex græcis litteris v et ζ non habemus, vocalem alteram, alteram consonantem: quibus nullæ apud eos dulcius spirant. quas mutuari solemus, quoties illorum nominibus utimur. quod cum contingit, nescio quo modo hilarior protinus renidet oratio, ut in zephyris, zopyrisque.* Duabus hisce tantummodo græcorum litteris latini quum caruerint, necesse est eos tribus illis φ, χ, θ non caruisse, et sane non

caruerunt. + + + [Idem, I, iv, 9. *nostrarum ultima X, qua tam carere potuimus quam Psi non quærimus*.*] *Quin ego ipse, quum scirem, ita majores loquutos esse, ut nusquam, nisi in vocali, aspiratione uterentur, loquebar sic, ut PULCROS, CETEGOS, TRIUMPOS, [f. Triumphos] KARTAGINEM dicerem. . . BURRUM semper ENNIUS, numquam PYRRHUM. VI PATEFECERUNT BRUGES, non PHRYGES, ipsius antiqui declarant libri. nec enim græcam litteram adhibebant: nunc autem etiam duas. et cum PHRYGUM, et cum PHRYGIBUS dicendum esset, absurdum erat aut tantum [tantum dele] barbaris casibus græcam litteram abhibere, aut recto casu solum græce loqui. tamen et PHRYGES, et PYRRHUM, aurium causa dicimus. Cic. de Orat. ad Brut. xlvi. Non audiendus est Petrus Victorius, qui hunc ipsum Ciceronis locum enarrans, legendumque in eo *Bruges*, non *Fruges*, jure defendens, libro XIV. Var. lect. cap. 3. affirmat, litteram φ, quæ prima est nominis Φρύγες, esse alteram et duabus, quas Cicero a priscis latinis fuisse adhibitas, contra quam ætate illa*

* E palmaria Petri Pithæi emendatione apud Schulting. ad Jurisprud. Ante-Justin. p. 748, l. Et Scaliger ad Euseb. p. 112=120. "Ultima est" [X] "veterum litterarum in Alphabeto Latino, de qua nihil aliud dicam, nisi vetustissimam fuisse, licet prius vice ejus GS et CS uterentur. Sed EXFOCIONT pro Effugiunt legitur in vetustissimo saxo Duillii, quod in Capitolio olim vidimus, quum recens effossus fuisset, et descripsimus præsentem M. Antonio Mureto; qui nos eo deduxerat." *Capella*, quoque p. 55. "Huic literæ [S] Divus Claudius P adjecit, aut C propter Ψ et Ξ Græcas, Psalterium, saxa."

sua fieret, neget illis verbis, *nec enim græcam litteram adhibebant; nunc autem etiam duas*. Non ita est, quam enim *græcam litteram* olim a Latinis non adhibitam, Cicero dicit, ea intelligi debet, quæ in nomine Πυρρὸς secundum, in Φρύγες tertium obtinet locum, nempe vocalis *v*; pro qua latinam litteram *u* in iisdem nominibus, in latinum e græco conversis, adhibitam fuisse, duplici illo ex Ennii *Annalibus* allato exemplo, egregie idem Cicero confirmarat. quod optima ratione ab Ennio cæterisque priscis illis latinis factum quum iudicaret, suæ ætatis hominum perversam consuetudinem atque adeo intemperantiam carpit atque reprehendit, qui non contenti unam illam ipsam græcam litteram *v* latine loquentes scribentesve adhibere, alteram quoque, item græcam ac peregrinam, non quidem in *Phryges*, sed in aliis certe nominibus usurpandis, adhiberent. quamnam? profecto non aliam, quam qua una, præter *v*, latinos caruisse, ostensum est, nempe *ζ*.—

“Sed aliud quoque est, minime quidem a me prætereundum, in quo a viro illo doctissimo valde dissentio. ait enim, si non *Bryges*, ut ipse vult, ac recte quidem vult, sed *Fruges*, ut quibusdam placet, in hoc eodem Ciceronis loco scriberetur, tum fore, ut græci nominis Φρύγες prima littera, in illam *f* latine conversa, formam quidem græcam amitteret, sonum vero plane græcum retineret; neque propterea *vere immutata* (immutatam autem ab Ennio affirmat Cicero) dici posset. nempe eandem vim potestatemque fuisse olim græcæ litteræ *φ*, quam latinæ *f* Victorius putat. atqui longe aliam fuisse, ex du-

plici Quintiliani in *Instit. orat.* SECT. IV. loco perspicue demonstrari potest. libro quidem I. cap. 6. —

“Atque hæc, inquit, ipsa s littera ab his nominibus (scilicet, *arbos, labos, vapos*, etc. quibus veteres latini utebantur) *exclusa* (siquidem recentiores *arbor, labor, vapor*, etc. dicere instituerunt), in quibusdam ipsa alteri successit. nam *mertare, atque pultare dicebant, quomodo fordeum, fœdusque* pro aspiratione, *vau* simili littera utentes. nam contra græci ita aspirare hæc solent, ut pro Fundanio Cicero testem, qui primam ejus litteram dicere non posset, irridet.” quorum verborum hæc sententia est, veteres Latini, quorum auribus aspiratio omnis erat insuavior, litteram *f* pro *h* reponebant ex *hordeum* fecerunt *fordeum*, et *fœdus* ex *hœdus*. contra græcis eadem littera *f* sic absurda atque absona, pronuntiataque difficilis est, ut latina nomina, quorum illa prima sit, adspirare soleant, et eo ridiculo modo efferre, quo modo utentem græcum quemdam testem videmus a Cicerone in oratione pro Fundanio (quæ una ex iis multis est, quæ Quintiliani ætate exstabant, at postea interciderunt) irrideri; qui testis primam ipsius *Fundanii* litteram dicere recte ac latino sono non posset. potuitne igitur latinæ litteræ *f* eadem esse vis ac potestas, quæ græcæ *φ*, si homo græcus rationem primæ *Fundanii* litteræ expediendæ pronuntiandæque reperire non poterat? hic mihi sane testis non minus contra Victorium, quam contra Fundanium dixisse testimonium in iudicio videtur. sed et Quintilianus ipse libro ejusdem operis XII. cap. 10. testimonio quoque suo urget hominem, co-

SECT.
IV.

gitque, magnum inter ϕ et f soni discrimen olim intercessisse, confiteri. "Quæ (græca nomina *zephyrus* atque *zopyrus*) si nostris litteris scribantur, surdum quiddam (fort. *quemdam*) et barbarum efficient sonum, et velut in locum earum succedent tristes et horridæ, quibus Græcia caret. nam illa, quæ sexta est nostrarum [f], pæne non humana voce, vel omnino non voce potius, inter discrimina dentium efflanda est: quæ etiam, cum vocalem proximam accipit, quassa quodammodo, utique quoties aliquam consonantem frangit, multo fit horridior."

Sed jam ad Ciceronis locum

veniamus. Ennius cæterique veteres latini in græcis nominibus *Pyrrhus* et *Phryges* usurpandis tria omnino immutarant. primum adspirationem h , qua non nisi in vocalibus, iisque non multis, utebantur, abjecerant, ita, ut *Pyrrus* et *Pryges** relinqueretur. tum, consuetudini illorum temporum indulgentes, litteram P in B converterant, et *Byrrus* ac *Bryges* fecerant. denique, quum ab littera y , utpote peregrina, abhorrerent, pro ea latinam u subdiderant; atque ita duo plane latina nomina *Burrus*, *Bruges*que condiderant. rem haud aliter contigisse demonstraturus Cicero, locum illum ex Ennii *Annalibus*

* "Latini veteres raro aspirabant." *Scaliger* ad Catull. p. 98=110. Hoc ex Æolicis. $\beta\acute{\alpha}\rho\omicron\varsigma$, δ σημαίνει τὸ βρέφος κατὰ τοὺς Αἰολεῖς, ἢ ψιλή, καὶ διὰ τὴν ὀ βάρως φιλοῦται; ὅτι ἡ Αἰολικὴ γλῶττα τὸ φιλοῦν τὰ στοιχεῖα φιλεῖ, ὥσπερ καὶ τὸ ὕ πάσης λέξεως ἄρχον πάντες μὲν ὑσίνουσιν, οἱ δὲ Αἰολεῖς φιλοῦσιν. αὐτίκα τὸ ἔρχας [Ar. Vesp. 674.], Αἰολικὸν ὄν, φιλοῦται σημαίνει δὲ τὴν ἐπὶ τοῦ τεύχους ἀναρίχησιν. Schol. ad Dion. Thrac. p. 693. ἀμφίχεσθαι, καὶ Αἰολικῶς ἀμπίχεσθαι. Id. p. 705. Conf. *Albert.* ad Hesych. vv. Βάρων, et Ὑρχας. D. R. Ep. Cr. II. 181 (185.), et Cod. Vat. apud Bast. 689.; Ἐπιάλτης, Ἐπιάλτη, Ἐπιάλτην apud *Herodot.* VII, 213, 214. *Heusinger.* ad Cic. de Offic. I, I. "CRATIPPUM nomen analogiam non sequitur, qua scribendum erat CRATHIPPUS: vel quod Æolicum est: vel quod in compositis ab ἔππος spiritus asperus ratio non semper habita est. Nam et *Alcippus*, *Aristippus*, *Leucippus*, *Lysippus*, tenuem litteram retinent."

H

Æn. II, 469. AENA "Codex mirandæ vetustatis" apud Gell. N. A. II, III. Ita factum et in Cod. Sax. vide *Wanley* Catal. Codd. Anglo-Sax. p. 156. Geo. II, I. Æn. XI, 823. *Aetenus* MS. Nonii Marcelli, p. 377. omnium antiquissimus. Æn. IX, 280. Aut *adversa*—Haut R. B. *Graccus* Charisius col. 62. "In voce GRACCURIS ne Tiberii quidem ætate fuisse C litteræ aspiratum, testimonio sunt lujus Imperatoris numi apud Suritam et Augustinum." *Giovenazzius* ad Liv. fragm. LIII. Cic. de senectute xxiii. apud Non Marcell. p. 270. *Neque vero eos solum convenire habeo*—abeo MS. Cic. fragm. pro Seacro, p. 16. *Em quibus familiis, quam fœdis, quam contaminatis*—p. 17. *Em quibus testibus*—in fragm. pro Tullio p. 29. membranæ Ambrosianæ exhibent *Tyrinum* pro *Thyrinum*, uti Cod. Ambrosian. Quintiliani IV, II. Comment. vet. ad Cic. fragm. pro Plancio p. 112. *Scolasticam*, et p. 115. *epicremate* habet. Mox librarii tetrici scribendi generis studiosi H crebrius propinabant. A. Gell. XV, VII. *Augustus vetustatis amantissimus epistolam ad Caium Cæsarem hæc orditur, Have, mi Cai,*—XVIII, IV, p. 484. *abire*—habire MS.; Hor. Serm. I, III, 11. *habebat sæpe ducentos, Sæpe decem servos*—hæbat *Codex Vossianus, hoc est, aiebat.* In Cenotaphio Pisano Lucii I, 12. *habebant loco abeant.* Ausonius, 413. *possuum fratris abare vicem.* *Scaliger* ad L. I, XXIX. "Corrector mutavit—fratris habere vicem." Pro *mitris mithris*, Afranius apud Comm. Ambros. ad or. in Clod. p. 21. *Hostia* et civitates adjacentes—ad or. pro Plancio p. 90. et in schol. sequioris ævi *hutili* pl. 138, 9. *hutilis* 139. *hutilitas* 139. bis. In Lexico Latino-Gr. H. St. Erile, *Eri, Era*, (ut in Ter. Cod. Bemmino), *Inuit, Inuitus, Innulli, Ircus, Irutus, Umerus, Umilis, Umor, Umidus*; at vero præter consuetudinem nonnunquam ponitur; ut *Hahah, Abhominor, Havena, Ithon, lathrones, Helera, Parhæmum, Plusiacha, Hrabanus*.

"*Vi patefecerunt Bruges*" affert: neque de *Burrus* sibi amplius agendum existimans, in nomine *Bruges* considerando paullisper immoratur. in quo ipso nomine nihil aut de exclusa adspiratione *h*, aut de *P*, in *B* commutata, inquirens neque commemorans, de una litera *y*, ab eò remota, disputationem instituit; rectissimeque id ab Ennio caeterisque veteribus latinis factum docet: qui, quum græcæ illi litteræ nulum esse locum in suo sermone voluissent (contra quam ipsius Ciceronis aetate fieret: tunc enim non illi uni modo, verum etiam alteri, quam fuisse ζ supra dictum est, locus dabatur), excludere eandem ab illo quoque nomine debuerunt. id vero non oportuisse modo, verum etiam necesse quodammodo fuisse ita ab illis fieri, continuo perquam ingeniosa subtilique ratione ostendit. quum enim nomen illud e græco latinum facere, hoc est a græcorum nominum inflexione ad latinorum rationem vellent traducere (qua in traductione genitivi quidem casus extremæ litteræ non *gon*, sed *gum*, dativi vero non *xi*, sed *gibus* essent futuræ, sic ut non *Phrygon* et *Phryxi* græcæ, sed *Phrygum* et *Phrygibus* latine dicendum esset), valde absurdum fuisset litteram

extat quoque forsitan in nostro *πηνικατα*, sive *πηνικαττα*. Neque vero deest unde vulgatum *πηνικ' αττ'*, quod dicunt *οὐκ Ἀττικόν, οὐδ' ἀρχαῖον, οὐδ' ἀκριβές*, itaque non ab *Aristophane* profectum; et quod mirum vel *Hoogenio* videtur; defendere queamus, idque ex antiquis Atticisque rationibus. Neutrum adjectivi singulari vice apud Græcos communes notissimum est. Neutrum *plurale* pro singulari frequentasse Atticos non minus notum. Hinc *οἷα περ*, *quam vel quantum scilicet*; *οἷα δε qualiter, quali modo, quomodo, ut*; *πολλα multum, sæpe*; etc. Eandem adeo ad normam indefinitum *αττα aliqua, aliquomodo, quodammodo, fere, circiter*: et deinde de tempore, (ut *πολλα, sæpe*,) *aliquando, tandem*, etc. — Demum igitur legere et interpretari velim vel *πηνικαττ'* *quando sane?* vel *πηνικ' αττ'*, *quando tandem, quo circiter tempore?* quod verius videtur. — Similiter singulari *τι* adverbiascere videtur in *Πως τι τούτο*, apud *Platonis Theætet.* p. 209. ed. *Fischer.* pro *Ποῖον τι τούτο* (*λεγεις* sc.) Locus est elegantissimus. *Ναι δετα, ω Θεαιητέ, πανταπασι γε εγωγε επειδη εγγυς ωσπερ σκιαγραφηματος γεγωνα του λεγομενου, ζυνημι ουδε σμικρον' εως δε αφιστηκη πορωθεν, εφαινετο τι μοι λεγισθαι. ΘΕΑΙΤ. ΠΩΣ ΤΙ ΤΟΥΤΟ; ΣΩΚΡ. Φρασω, εαν οἷος τε γενωμαι. etc.* Vel legi potest, *Ὅπως † τι, τούτο* (sc. *λεγεις*;) *Quomodo,*

* Vocula *ὄστε* Epicis poetis solennis ne serae quidem apud tragicos in divoculis occurrit. *R. P.* ad *Toup.* p. 462. et *Aristoph. Pac.* 1302.

† Alii aliter de origine vocalium *αε κα*. Cf. *Interpres ad Hesychium.*"

‡ Sed vulgatum lectionem exemplis firmasse videtur optimus *Heindorfus* ad *Hipp. Maj.* p. 298. *A. Πώς τί ἄρ' ἄν ἀγωνίζοιμεθα*; *Ion.* p. 530. *A. πώς τί ἡμῶνιστο*; *Theætet.* p. 146. *D. πώς τί τούτο λέγεις* —; p. 208. *E. πώς τί τούτο*; *Conf. Sophist.* p. 261. *E. Politic.* p. 297. *C. Tim.* p. 22. *B.* idque retineri fortasse debet in *Xenoph. Mem.* III, 13. 6."

SECT. In exemplis autem 1, 5, et 7, scripturæ τα potius
 V. quam τινα usus conspicitur. Nempe in 1, et 5, facit,
 ut ne habeatur proceleusmaticus, atque accentus
 303 insuper in ultimam των σκαλαθροματια et * ολιγα in-
 venuste cadens. In 7. ejusdem ope indecorus iti-
 dem evitatur accentus.

V. 1629. Ει τιμι δοκει σφων, ταυτα καμοι συνδοκει]
 Hoc est viro doctissimo interprete: *Si cui vestrum
 utilia hæc videantur, et mihi itidem videntur.* Et
 Græcis profecto Latina quam optime respondent.
 Ista utique, *Si cui vestrum*, cum ad duos oratio ha-
 beatur; perinde solœca sunt atque, Ει τιμι σφων.
 Neutrum utique secus est, ac si quis Anglice efferat,
If any of you, pro eo quod dicimus, *If either of you.*
 Porro ipsum, *si alterutri vestrum hæc placeant*,
 ineptum esset; qui enim hic loquitur, *utrique* placere
 jam intellexit. Ecce vero certissimam emendationem:

ΕΙ ΤΟΙ²⁶⁷ ΔΟΚΕΙ ΣΦΩΝ ΤΑΥΤΑ, ΚΑΜΟΙ ΣΥΝΔΟΚΕΙ.

*Siquidem vobis hæc placent, mihi itidem non dis-
 placent.* Ipsum autem Comicum tibi auctorem dabo.
 Lys. 167

ΕΙ ΤΟΙ²⁶⁸ ΔΟΚΕΙ ΣΦΩΝ ΤΑΥΤΑ, ΧΗΜΙΝ ΞΥΝΔΟΚΕΙ.

Similiter in ipsa hac fabula verss. 666. et 1683.

*qualiter quid, hoc dicis? Secun-
 dum quid, istam similitudinem
 instituis? Et hoc elegantius
 videtur. Simile est illud, quod
 Hoogevenius p. 1230. protulit e
 Platonis Symposio p. 205. Ωσ-
 περ τι; ην δ' εγω. Ωσπερ τοδε.*
 BURGESSIUS.

267. "ει μὲν τι Kuster. Εἴ τι
 MS. Vat. U." R. P. Εἴτοι Rav.
 "leg. εἴ τοι δοκεῖ σφῶν ταῦτα,
 c. Vi. p. 544. (Lys. 167.)" R. B.
 "Ex τοι librarii fecerunt τῶν,
 quod alii explicarunt per τινι."

Beckius ad l. Nunc audi *Reisi-
 gium*; "Interpunge post σφῶν:
 ταυτα ad alterum membrum refer.
 Eur. Hipp. 1015. "Ἠκιστά γ', εἰ
 μὴ τὰς φρένας διέφθορον Ἐνητῶν,
 ὅσοισιν ἀνδάνει μοναρχία. De-
 mosth. c. Timocr. p. 701, 702.
 Reisk. ἐγὼ δ', εἰ κατορθώσκειν,
 ἦν ἐπ' ἔμ' ἦλθεν ὁδόν." *Reisig.*
 Conject. pp. 132, 3.; conf. *Lo-
 beck.* ad Aj. 275.

268. εἴ τι MS. R. B.; et post
 paullo Hipp. 507. εἴτ' εἰ δοκεῖ σοι
 MS. penes Longmannum.

ΑΛΛ ΕΙ ΔΟΚΕΙ ΣΦΩΙΝ, ταυτα χρη δραγ—
 Εγω δ, ΕΠΕΙΔΗ ΣΦΩΙΝ ΔΟΚΕΙ, σιγησομαι.

AD
 AY.

Quibus adjici poterunt ista apud Euripiden occur-
 rentia Hippol. 507. et Electr. 77.

* ΕΙ ΤΟΙ ΔΟΚΕΙ ΣΟΙ, χρην μεν ου σ αμαρτανειν. 304
 ΕΙ ΤΟΙ ΔΟΚΕΙ ΣΟΙ, στειχε' και γαρ ου προσω.

V. 1730. Ηρα ποτ Ολυμπια
 Των ηλιβατων θρονων
 Αρχοντα θεοις μεγαν
 Μοιραι ξυνεκομισαν
 Εν τοιωδ υμεναιω.

*Junonem olim Olympiam excelsi solii regem, mag-
 num Diis Jovem fata conjunxerunt tali hymenæo.*
 Ita vir doctissimus. Andreas autem Divus, homo
 hominum suavissimus: *Juno quondam cælestis al-
 tarum sedium dominantem deis magnum Parcæ com-
 portaverunt in his nuptiis.* Harum quidem, pol credo,
 interpretationum utramvis,

————— *nisi Sibylla legerit,*
*Interpretari alium potesse neminem*²⁶⁹.

Nec vero quisquam, opinor, alius divinare poterit,
 quamnam utervis sibi finxerit orationis Græcæ syn-
 taxin. Ad Andream quidem Divum quod attinet,
 eum crediderim ne de unius quidem loci construc-
 tione sollicitum fuisse; quippe cujus expositio uni-
 formi quadam obscuritate simul ac barbarie a summo
 ad imum decurrat. At Versio, qua hanc fabulam
 donavit doctiss. Hemsterhuisius (plures utinam do-
 nasset,) elegans plerumque est ac perspicua. * Quod 305
 ad ipsum, in quo versamur, locum, operam profecto
 lusurus est, quicumque eum interpretari prius sataget,

269. Plautus Pseudol. i, i,
 23, 4. Sic citant *Marklandus* ad
 Cic. p. 34. et *Giovenazzius* ad
 Liv. fragm. P. xlix. sed *Paræus*
 ad l. "posse reor] Sic V. D. Al.
 potesse. a MS. Decurt. absunt

hæ duæ dictiones; *alium*: et,
reor." Interpretarier potesse nem-
 inem, *Brunckius*: Interpretari
 alium posse reor neminem. *Muret.*
 ad Catull. Opp. ii. p. 786. *reor*
 delevit R. B.

SECT. V. quam emendatus fuerit; quippe cujus, prout hodie repræsentatur, nulla plane sit constructio. Sed neque hoc unicum est, quod jure improbaveris. Nam ultimi duo versus metri leges violant. Hujusmodi utique systematum ea est indoles, ut primæ syllabæ communi subjiciantur in versibus acatalectis dactylus et creticus; in catalecticis dactylus et spondeus. Hoc autem metrum eorum in numero venit, quorum ultimis syllabis nulla permissa est licentia præterquam in clausula catalectica. Atqui versus quartus cretici loco tribrachyn duobus temporibus minorem præfert. Ultimus ejusmodi est, cujus proprium esse video aliud versuum systema claudere, in quibus scilicet dactylus cum cretico non jam syllabæ communi, sed spondeo vel trochæo subjungitur: cujusmodi est Julii et Manliæ epithalamium a Catullo conscriptum, nisi quod ibi primus nonnunquam pes iambus adhibeatur †. Eodem etiam nomine corruptum est, quod antistrophen claudit,

Της τ ευδαιμονος Ηρας.

Alterum scilicet ex altero natum est flagitium. Sed ne pluribus lectoris tempora moremur, sic rescribendum censemus:

306

* ΗΡΑΙ ποτ ΟΛΥΜΠΙΑΙ²⁷⁰
 Των ηλιβατων θρονων
 Αρχοντα θεοις μεγαν
 Μοιραι ΞΥΝΕΚΟΙΜΙΣΑΝ
 Τωιδ υμεναιω.

Cum Junone olim Olympia excelsi solii regem inter deos magnum Fata idem-cubile-adscondere-fecerunt tali hymenæo. Locutioni autem Ηρα Ξυνεκοιμισαν similis est quæ apud Sophoclem extat Electr. 276. et 584 (274. 287.):

† Vide supra pp. 58—60.
 270. “ΗΡΑΙ ποτ’ ΟΛΥΜΠΙΑΙ. sic leg. p. 432 (1737—

41.)” R. B.; “Br. lectore celato, D. emendationem adoptat.” Infra Ξυνεκοίμισαν R. B. et Rav.

Ταυτην προσαιδαν ΤΩΙΔΕ ΣΥΓΚΟΙΜΩΜΕΝΗΝ.

Ηρας ΞΥΝΕΥΔΕΙΣ ΤΩΙ ΠΑΛΑΜΝΑΙΩΙ—

AD
AV.

Istud autem τωιδ ύμεναιω rectius dici quam εν τωιδ ύμεναιω nemo non agnoscet, nisi qui in Græco sermone sit hospes. Antistrophe denique sic claudenda est,

ΚΑΥΔΑΙΜΟΝΟΣ Ηρας*

Hoc est, και ευδαιμονος ²⁷¹. cujusmodi crasis non raro occurrit.

Emendationes in ECCLESIAZUSAS.

V. 57. Καθησθε τοινυν, ως ανειρωμαι ταδε.]

Ionibus quidem poetis ειρωμαι et ανειρωμαι adhibere permissum est; Atticis ²⁷² vero non item. Sed neque formæ subjunctivæ aoristum vel secundum cum vocula ως absque αν conjunctum apud Nostrum * legisse memini ²⁷³. Itaque utraque re postulante 307 rescribo :

— — ως AN ANEΡΩΜΑΙ ταδε.

Fecisse videtur prima verbi ανειρωμαι syllaba ut desideraretur vocula totidem literis constans. Postea autem corrector aliquis versui claudicanti subvenire volens ανειρωμαι imperite scribere sustinuit.

V. 70. Νη την Εκατην καλον εγωγε τουτονι ²⁷⁴.]

Nihil uti videtur Cl. vel Fabro, vel Kustero, vel ipsi

271. Vide Porsonum ad Plut. 655. In Corp. Inscr. Antiq. P. 1, p. 53. Inscr. xxxv. Leucade re-perta exhibet, ΖΑΔΙΝΤΖΥΝΞΗ i. e. και Ευγενιδας; sed hæc Doricisium crasis præter Atticismi normam fit.

272. Il. A. 553. Και ΜFην σε πάρος γ' οὐτ' εἶρωμαι. Herodot. 1, 27. ειρομένων Κροίσου εἴ τι εἴη νεώτερον περὶ τὴν Ἑλλάδα. 91. οὐδ' ἐπαινεράμενος. Æschyl. Pcrs. 973. ἐπαινερωμαι. Plato

Charmid. p. 153. D. ε, τι με τις ἀνείρωστο. Hipp. min. p. 364. B. δεικνουν γὰρ ἐπαινερωσθαι. p. 365. C. ἀδύνατον ἐπαινερωσθαι.

273. Vide supra pp. 509, 10. "Nusquam apud Comicum occurrit ἔως eum subjunctivo sine αν." Br. ad Pac. 32. Conf. Soph. (Ed. Tyr. 834, 5. Col. 115. 1361. Tr. 687. Ph. 1000.

274. εγωγε καλον τουτονι unus Reg. apud Br.; καλον γ' εγωγε τουτονι Ravennas, et R. B.

SECT. V. etiam Scaligero in hoc versu displicuit. Atqui bona eorum omnium pace non unum est quod merito displicere potuisset. Neque enim vel proscædiæ vel sermonis Comici ratio constat. Vetat utique altera, quo minus *καλον* sequente vocali iambum constituat; altera, quo minus *τουτονι* cum substantivo nisi comite itidem articulo construatur. Tu vero articulo *τον*, qui post cognatam syllabam intercidit, sedem pristinam sic vindicabis :

Νη την Εκατην ΤΟΝ καλον εγωγε τουτονι ²⁷⁵.

Emendabis itidem Lysistr. V. 1169. ubi vulgo scriptum legitur :

Ετερον γ απαιτειτ αντι τουτου χωριου.

At quo tandem pacto articulum ibi inserendum statuis ? At bono sis animo, velim. Suppetit enim 308 aliquod multo rotundius quam quod articuli ope, * si eum versus reciperet, haberi posset. Idque, nī fallor, tute fateberis. Sic autem se habet :

Ετερον γ απαιτειτ αντι τουτου ΧΩΡΙΟΝ ²⁷⁶.

275. " *Lege, ἔγωγε τουτονι καλόν.* (Verte, *By Hecate have I; see, a fine one. P. P. D.*) *Ach.* 1048. *ἔπεμφέ τις σοι νύμφιος ταυτὴ κρέα. Ita recte libri; ταυτὴ ponitur δεικτικῶς et quasi in parenthesi. Verte, has sent you some meat; here it is.* *R.P.* sed vide *P. P. D.* ad l., et *Addend.* p. (142); conf. *Reisig.* *Conjectanea* pp. 178, 179. et *Monk.* ad *Alcest.* 137.

276. *χωρίον* Rav. " *leg. χωρίον. τοῦ del.* (in ed. Bas. 1547.)" *R. B.* Ed. Wechel. *τούτου τοῦ χωρίου.* ubi *Porsonus*, " *Delent τοῦ alia editiones. χωρίον ms. Ravennas, ut conjecerat Dampsius.* Ita in *Diodor. Sic.* xv. 81. p. 66, 10. πάντα τὸν πρὸ τούτου

χρόνου lege χρόνον." *R.P.* apud *P. P. D.* in *Addend.* p. (150.) *Soph. Ph.* 1304. Ἄλλ' οὐτ' ἐμοὶ καλὸν τοῦτ' ἐστίν, οὔτε σοί. *Aldus* et omnes codices quos vidit *Brunckius.* Sed inquit idem vir doctissimus, ad *Eccles.* l. c., " *e codd.* legendum est, Ἄλλ' οὐτ' ἐμοὶ καλὸν τόδ' ἐστίν, οὔτε σοί —" et hanc correctionem *Porsonus* in *PREF.* p. xxvii. probasse videtur. Melius et facilius, meo saltim sensu, *Wakefieldius*, Ἄλλ' οὐτ' ἐμοὶ τοῦτ' ἐστίν, οὔτε σοὶ καλόν. *Aristoph. Plut.* 887. Ἄρ' οὐχ ὕβρις πολλὴ ταῦτ' ἐστὶ; σκόπτειτον. Sic " *tres primæ;*" πολλὰ γὰρ ἐστὶ; *Codex Ravenn.* et *Bentleius Kustero* in *Mus. Crit.* No. VII. p. 423.; ταῦτ' ἐστὶ

Eandem constructionem sequitur quod in Rheso AD
ECCL.
extat V. 204.

ΕΠΕΙ ΤΙΝ ΑΛΛΗΝ ΑΝΤΙ ΤΗΣΔ ΕΞΕΙΣ ΣΤΟΛΗΝ ²⁷⁷.

Ubi nemo, opinor, nisi proletarius plane scriptor
στολης adhibere sibi permisisset.

V. 154. Νυν δ ουκ εασω, κατα γε την εμην μιαν,
Εν τοις καπηλειοισι λακκουσ εμποιειν
Υδατος —]

*At nunc non sinam, ut e mea sententia in caupona
lacus aquae faciant.* Ita interpretatur Tan. Faber.
Nempe Scholiastæ vir doctiss. patientem nimis aurem
accommodavit, apud quem utique habetur Εμην
μιαν] Λειπει ΓΝΩΜΗΝ. Ain vero o bone? At sine
exemplo ²⁷⁸, adeoque perperam. Porro ut γνωμην tibi
indulgeamus, plenam orationem statuis κατα γε την
εμην γνωμην μιαν. Annon vero sentis istud μιαν quam
importunum sit? Immo ipsa illa κατα γε την εμην
γνωμην cum præcedentibus ουκ εασω parum conve-
niunt. Alium longe usum ista locutio apud Euripiden
sortitur. Andr. 737.

Οταν δε τακει θω ΚΑΤΑ ΓΝΩΜΗΝ ΕΜΗΝ,
Ηξω —

πολλή; σκ. Porsonus; conf. R.B.
ad Plut. 947. Quamvis nihil ad
rem pertinet, in Viri præstantis-
simi ΡΕΡΕ. l. c. (Be) malle, 'Επει πατήρ σός ούτος όν θρηνηίς
αεί. "Eadem correctio adhi-
benda videtur Euripidi in Hippo-
lyto, 19. όμιλιαν." R. P. apud
P. P. D., et in Adverss. p. 217.

277. "Optime Barnesius άντι
auctoritate Scaligeri, Canteri,
Duporti, et Aldinæ editionis res-
tituit,—leve mendum superest.
Lege, είπ' εί τιν' άλλην άντι
τησδ' εξεις στολήν." Piers. Ve-
risim. 81, 2. Vulgatam defendit
Reiskius. Rhesum Euripidi tri-
buunt, inter alios, Muretus, et

R. B. in ep. ad Mill. p. 47. et
ad Hor. Carm. III, v, 8. vide
supra p. 458.

278. Apud comicum certe; vide
Pac. 231. Vesp. 977. Eccles.
349.; sed apud Platonem hujus
ellipseos non desunt exempla; Po-
litic. 277. A. Νυν δε κατά γε την
έμην ούπω φαίνεται. 291. C. Ού-
κουν δη κατά γε την έμην. Phileb.
41. B. 'Αλλ, ω Πρώταρχε, είσι
κατά γε την έμην. Quam ellipsin
Cod. Leid. restituit Legg. II, 653.
C. και παιδείαν προσαγορεύων,
κατά γε την έμην όρθως άν προσ-
αγορεύοις. Koen. ad Greg. p. 12.
Heusde, p. 102.

SECT. * h. e. cum interprete, *Ubi ex animi sententia composuero*. Lege vero tandem, si sapere audes,

309 ΑΛΛ ΟΥΚ ΕΙΣΩ, ΚΑΤΑ ΓΕ ΤΗΝ ΕΜΗΝ ΒΙΑΝ ²⁷⁹.

Sed non permittam, quantum quidem meæ vires valuerint — sic apud Sophoclem in *Trachiniis* V. 1035. (1020.)

Ω ΠΑΙ ΤΟΥΔ ΑΝΔΡΟΣ, ΤΟΥΡΓΟΝ ΤΟΔΕ ΜΕΙΖΟΝ ΑΝΗΚΕΙ

H KAT EMAN PΩMAN—

Versum autem ex Euripide laudatum quæ proxime præcedunt, sic refingi velim :

————— ΤΗΝΔ ΕΠΕΞΕΛΘΕΙΝ ΘΕΛΩ

ΣΤΡΑΤΗΛΑΤΗΣΑΣ, ΧΑΥΠΟΧΕΙΡΙΟΝ ΛΑΒΕΙΝ ²⁸⁰.

Ubi vulgo contra senarii tragici leges anapæstus in quarta sede præfertur :

ΣΤΡΑΤΗΛΑΤΗΣΑΣ, ΩΣΘ ΥΠΟΧΕΙΡΙΟΝ ΛΑΒΕΙΝ.

279. "vulgatum defendente *Reiskio* et post eum *Tourpio* in *Suid.* 1, p. 80 (113)." *R. P.* apud *P. P. D.* "μίαν docte tuetur in literis ad me datis cl. *Valckencær.*" *Reiskius.* "Aufer punctum post ὕδατος—nam ordo est, κατὰ τὴν ἐμὴν μίαν, μα τῷ θεῷ οὐ δοκεῖ μὲν ἐμοὶ ἐμποιεῖν etc. Oratio inelegans et tautologa. Sed hoc captavit *Aristophanes*, ut muliebria ingenia melius exprimeret." *Sanctamandus* apud *Burgess.* "Scribere non potuit Comicus, τὴν γνώμην ἐμήν. Considerandum quoque illud, an recte dicatur οὐκ εἰσὼ μίαν pro οὐδεμίαν εἰσὼ." *R. P.* ad *Tourp.* p. 441. *Soph. El.* 142. ἐν οἷς ἀνάλυσίς ἐστὶν οὐδεμία κακῶν. Quidni ex *Sophocle* legeremus, κατὰ γε τὴν ῥώμην ἐμήν. *Xenoph. Sympos. C.* 2. §. 9. — ἡ γυναικεία

φύσις οὐδὲν χείρων τῆς τοῦ ἀνδρός οὐσα τυγχάνει, γνώμης δὲ καὶ ἰσχύος δεῖται— ῥώμης δὲ καὶ i. emendavit *Heusde* p. 18. *Eur. Herc. Fur.* 191. Θάνατον ἀμῦναί γ' ἂν ἔχων ἀλκὴν μόνον. τὴνδ' ἔχων conjecit *Pierzonus* in *Verisim.* p. 220. ; μίαν ἔχων scribendum credidit *Tyrwhittus* ad *Tourp.* p. ., ut dudum monuerat in *Append.* ad *Musgr. Exercit.* p. 169. ; vide *Helen.* 274. *El.* 1026. *Hipp.* 258. "certissime *Musgravius*, Θάνατον ἀμῦναί γ' ἌΝΤΕΧΩΝ ἀλκὴν μόνον." *Porson.* ad *Tourp.* p. 466.

280. χύποχειριον λαβεῖν MSS. "Parr. A. E. Lib. P. Flor. 2. *Vict. Lasc.*" *Matthæi.* "Quanto nos lenius! *Στρατηλατήσας*, ὥστε ΧΕΙΡΙΑΝ λαβεῖν." *Piers. Verisim.* p. 64. ; vide *R. P.* ad *Cæd. Col.* 300., et *Opusc.* p. 217.

Istud autem χαυποχειριον, quocunque demum modo scribi malis, και ὑποχειριον accipiendum est. AD
ECCL.

V. 289.

Χωρωμεν εις εκκλησιαν, ω νδρες· ηπειλησε γαρ
 Ο Θεσμοθετης, ως αν μη πρω πανν του κνεφους
 Ηκη κεκονισμενος, βλεπων ὑποτριμμα,
 Στεργων σκοροδαλη, μη δωσειν τριωβολον.
 Αλλ ω Χαρι τιμια, η και Σμιθυκε, και Δρακη,
 Επου κατεπειγων σαυτον προσεχων, ὁπως
 * Μηδεν παραχορδιης, ὦν δει σ αποδειξει.
 Οπως δε το συμβολον λαβοντες επειτα πλη-
 Σιοι καθεδουμεθ, ως αν χειροτονωμεν
 Απανθ, οποσ ὦν δεη τας ἡμετερας φιλας.
 Και τοι τι λεγω, φιλους γαρ χρην ονομαζειν.
 Ορα δ ὁπως ωθησομαι τουσδε τους εξ αστειωσ
 Ηκοντας, ὅσοι προτου μεν, ἦνικ ελθοντ εδει
 Λαβειν οβολον μονον, εκαθηντο λαδουντες.
 Νυνι δ ενοχλουσ αγαν· αλλ ουχι Μυρωνιδης,
 Οτ ηρχεν ὁ γενναδας, ουδεις αν ετολμα
 Τα της πολειωσ διοικειν, αργυριον φερων·
 Αλλ ἡκεν ἕκαστος εν ασκιδιω φερων
 Πειν, ἄμα τ αρτον αυ, και δυο κρομμυω,
 Και τρεις αν ελαασ, νυνι θε τριωβολον
 Ζητουσι λαβειν, ὅταν πραττωσι τι κοινον ὡσ-
 Περ πηλοφορουντες.]

310

Ex toto, quem hic vides, linearum numero tres duntaxat, primam dico, duodecimam, et ultimam versuum nomine sunt insigniendæ. Fabrum quidem usque adeo festivum fuisse video, ut quintam et sextam ad normam iambicam sie exigi voluerit :

Αλλ ω Χαριδημε και Σμικυθε και σν Δρακη,
 Επου κατεπειγων σαυτον νουν προσεχων ὁπως.

Atque hinc non immerito colligere mihi videor virum doctissimum cæteram farraginem, partem * certe 311 maximam, ex senariis legitimis confieri existimasse ; cum tamen ne unus quidem senarius ibi habeatur. Sed neque habebitur, si admittantur viri doctissimi

SECT. emendationes. Eorum utique, quos voluit, in priore
 V. minus recte producitur *συ*; in altero spondeus quar-
 tam sedem occupat. Hujusmodi quidem senarium
 alibi etiam ad vers. 167. virum doctissimum vendi-
 tantem videre est: "Idem sane dicit Aristophanes,
 " ac si inclamitaret e proscenio :

Νυν, ω θεαται, λακκοπωκτον εστ ιδειν,
 Μαλλον δε γυναικα μεστην ευρωπωκτιας.

" Sed unde illi duo versus ? quære, et frustra quæres ;
 " ni dixerò tibi in aurem, quis illorum Faber sit." *At si, qualis eorum faber fuerit, scire itidem gestias ;
 liceat et mihi vicissim tibi in aurem insusurrare
 Horatianum illud :*

*Æmilium circa ludum faber unus²⁸¹ et unguis
 Exprimet, et molles imitabitur ære capillos ;
 Infelix operis summa, quia ponere totum
 Nesciet—*

Verum in metrorum ratione utcumque infelix fuerit,
 recte tamen judicavit sermonis indolem postulare
 ὁς αν. Idem etiam, uti mox videbis, ipsum metrum
 exigit. Atque ita quidem clare legit Suidas. Nunc
 312 * vide germanam versuum ab Aristophane profec-
 torum formam tandem aliquando instauratam²⁸².

281. Hor. A. P. 32—35. *imus*
 Edd. " hoc est, interiore angulo
 fori." Scaliger ad Catull. p. 51 =
 61.; conf. ad l. in ed. Cant. 1817.

282. " Hic incipit Chori μέ-
 λος πρεσβυτικόν. Schol. Cantus
 stropha constat et antistropha.
 Versus [initialis in utraque] he-
 mistichium prius est dimetrum
 iambicum acatalectum; alte-
 rum, hephthemimere trochaicum.
 Quæ sequuntur, sunt Ionica heph-
 themimera (quorum exemplum
 tradidit Hephæstio in initio capi-
 tis de *Ionico a Majore* [p. 62.]
 cum dimetris brachycatalectis
 certo ordine disposita." *M. Ra-*

per.; conf. *Gaisford.* ad l. pp.
 336, 7.; et inprimis virum eru-
 ditissimum et amicissimum, *P. P.*
Dobræum apud *R. P.*, qui de
 hoc ipso loco tam præclare dis-
 putavit, ut nihil supra addi posse
 videatur. In transitu veniam ab
 æquis lectoribus impetrare mag-
 nopere velim, ut locum ab *R. B.*
 in metra redactum, et notulas,
 quas jampridem in suo exem-
 plari reliquerat, subjiciam; qui-
 bus cum felici *R. D.* acumine
 collatis ac perpensis, omnes ab
 hoc tanquam judicio summa cum
 voluptate discessuros confido.
 PP. 491, 2. Ed. Bas. 1547.

ΣΤΡΟΦΗ.

Χωρῶμεν εἰς ἐκκλησίαν, ὠνδρες· ἠπειλήσει γὰρ
 Ὁ θεσμοθέτης, ὍΣ ἂν
 Μὴ πρῶ πάνυ τοῦ κνεφους

AD
 ECCL.

[5]

Ἦκη κεκοιμημένος,
 Βλέπων ὑπότριμμα,
 Στέργων σκοροδάλημ. Ἄλλ
 ΑΓ, ὦ Χαριτίμα,
 Καὶ Σμυθκε, καὶ Δρακης,
 Ἐπου κατεπειγων

[10]

Σαυτον, προσεχων ὅπως

1. Χωρῶμεν εἰς ἐκκλησίαν, ὦ ὠνδρες, ἠπειλήσει γὰρ
- 2, 3. Ὁ θεσμοθέτης ὡς ἂν | μὴ πρῶ πάνυ τοῦ κνεφους,
- 4, 5. Ἦκη κεκοιμημένος, | βλέπων ὑπότριμμα,
6. + Στέργων σκοροδάλημ [μὴ δώσειν τριώβολον.]
- 7, 8. Ἄλλ' ὦ χάρι τιμία ἦ | καὶ σμυκθε καὶ δρακη
- 9, 10. Ἐπου κατεπειγων | σαυτον προσεχων ὅπως

2. ὡς Cod. Rav. Fab. et Suid.
 in *Ἠρῶ et κεκοιμη.*

4. Suidas in *κεκον.* ἦκει. *Al.*
κεκοιμη. leg. κεκοιμημένος [Phi-
 lostrat. Heroic. p. 681. Εἰ μὲν
 γὰρ κεκοιμημένοι φαίνονται, ἀνχ-
 μους ἐπισημαίνουσι τῇ χώρᾳ].
 Vide II. N, 820. Φ, 541. X, 405.
 et *Hemsterh.* ad *Lucian.* T. I, p.
 158.

6. *Pro* στέργων, *quod agnoscit*
 Suidas in ὑπότριμμα, *legerim* βλέ-
 πων ὑπότριμμα καὶ | ρεύγων σκο-
 ροδάλημ. *Sic alibi* κρομμυζου-
 ρεγμίας [Pac. 528.] [Ach. 95.
 ναύφρακτον βλέπεις. 254. βλέ-
 πουσα θυμῶροφάγον. Eq. 628.
 κάβλεψε νάπτu. Vesp. 453. βλε-
 ποντων κάρραμα. 641. βλέπειν
 σκύτη. 900. κλέπτον βλέπει. Pac.
 1184. βλέπων ὄπόν. Av. [1121.
 Ἄλφειον πνέων.] 1169. *supra* p.
 594. *Plut.* 328. βλέπειν—*Ἀρην.*

Timocles apud *Athen.* vi, p. 224.
 B. Ἄρην βλέπων. *Æschyl.* *Sep-*
theb. 500. φόβον βλέπων. *Ran.*
 1336. φόνια δερκόμενος. 804.
 ἔβλεψε γοῦν ταυρηδὸν ἐγκύψας
 κάτω. *Plato* *Phædo.* I, 117. B.
 ταυρηδὸν ὑποβλέψας. *Odys.* T,
 446. πῦρ δ' ὀφθαλμοῖσι δεδορκώς.
Lucian. T. iv. p. 2. γόργον ἀπο-
 βλέπῃ, *Artemidori* *Oneirocrit.*
 lib. II. p. 227. ed. Reiff. Ἄθηνᾶν
 δὲ γοργὸν ἐμβλέπουσα; *Ælian.*
 in V. H. II, xliii. γυμνὸν ἐπισταίει
 τὸ εἶφος, φονῶντι ἰσοκῶς καὶ σφα-
 γῆν βλέπων—*emendante Falcke-*
nerio in *Schediasm.* ad N. F. p.
 344. *Alciph.* III, xxxviii. ῥωμα-
 λίων καὶ ἐγρηγαρός βλέποντα.
Virg. *Æn.* vi, 466. *tortea* tuentem.
Conf. *infra* ad p. 318.]

7. *Leg.* Χαριτίμιδῃ καὶ.

10. *Leg.* σαυτῶ et sic Suid. in
 παραχ.

SECT.
V.

Μηδεν ΠΑΡΑΧΟΡΔΙΕΙΣ,

Ων δει σ αποδειξει.

Οπως δε το συμβολον

Λαβοντες επειτα πλη-

[15]

σιοι καθεδουμεθ, ως

Αν χειροτονωμεν

Απανθ οποσ αν δεη

Τας ημετερας φιλας.

Καιτοι τι λεγω; φιλους

[20]

Γαρ χρην ονομαζειν.

ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΗ.

Ορα δ όπως ωθησομαι τουσδε τους εξ αστειος

Ηκοντας, όσοι προτου

313

* Μεν ηνικ εδει λαβειν

Ελθοντ οβολον μονον

[5]

Καθηντο λαλουντες·

Νυνι δ ενοχλουσ αγαν·

Αλλ ουχι Μυρωνιδης

Οτ ηρχεν ο γενναδας

Ουδεις αν ετολμα

11, 12. Μηδεν παραχορδιης | ων δει σ' αποδειξει.

13, 14. "Οπως δε το συμβολον | λαβόντες επειτα πλη-

15, 16. Σίοι καθεδούμεθ' ως | αν χειροτόνωμεν,

17, 18. "Απανθ' όπόσ' αν δέη | τας ημετέρας φιλας.

19, 20. Καί τοι τί λέγω, φίλους | γάρ χρην όνομαζέιν.—

— "Ορα δ' όπως ώθήσομαι τούσδε τούς εξ άστειος

2, 3. "Ηκοντας. όσοι προτου | μεν ηνικ' έλθόντ' εδει

4, 5. Λαβείν όβολόν μονον | καθηντο λαλουντες.

6, 7. Νυνι δ' ενυχλουσ' αγαν. | αλλ' ουχι μυρωνιδης

8, 9. "Οτ' ηρχεν ο γεννάδας, | ουδεις αν ετόλμα

11. παραχορδιεις Suidas, recte.
[Παραχορδισαι: άμαρτείν καθαρι-
ζοντα. Άριστοφάνης. Anti-Atti-
cista, p. 113.]

20. χρην μ' Ald. Gryn.

1. ["Legé et distingue óρα δ'
όπως ώθησομαι, τούς τε τους εξ
αστειος Ηκοντας, όσοι προτου—

Verte, vide quantum prememur, et
illos ex urbe venientes, quam multi
sint." Sanctamandus apud Bur-
gess. vide R. P. ad Hec. 398.
ώθήσομεν Rav. Pind. Ol. η, 166
=101. ανδάσομαι Ald. ανδάσο-
μεν Cod. Ciz. quod e Lips. recep-
it Boeckius.]

3. leg. ikónτα.

- [10] Τα της πόλεως διοικεῖν ἀργύριον φέρων·
 Ἄλλ' ἤκειν ἕκαστος
 Ἐν ἀσκιδίῳ φέρων
 Πιεῖν, ἅμα τ' ἄρτον αὖ,
 [15] ΚΑΙΣΩΣ δύο κρομμύς,
 Καὶ τρεῖς αὖ ἐλάσας·
 Νυνὶ δὲ τριώβολον
 Ζητοῦσι λαβεῖν ὅταν
 Πράττωσι τι κοινὸν ὡς-
 [20] περ πηλοφοροῦντες.

Apud Suidam recte haberi ὅς αὖ jam diximus. Ex eodem reposuimus κικονιμένος, uti et παραχορδῆς pro voce nihili παραχορδῆς. Ex istis,

Στεργῶν σκοροδαλμῆ μὴ δώσειν τριώβολον,

unicum versum conficiendum esse liquet ex dactylo et cretico syllabæ vel brevi vel longæ subjectis constantem. Habes autem, quod nobis visum est commodissimum. Quippe absque isto auxilio μὴ δώσειν * τριώβολον, quod Glossographo acceptum refero, 314 plena satis est oratio: nam *interminatus est thesmotheta ei, qui non primo mane, offusis etiam*

10, 11. Τὰ τῆς πόλεως διοί | κείν, ἀργύριον φέρων.

12, 13. Ἄλλ' ἤκειν ἕκαστος | ἐν ἀσκιδίῳ φέρων

14, 15. Πιεῖν ἅμα τ' ἄρτον | αὖ καὶ δύο κρομμύς.

16, 17. Καὶ τρεῖς αὖ ἐλάσας, | νυνὶ δὲ τριώβολον

18, 19. Ζητοῦσι λαβεῖν, ὅταν | πράττωσι τι κοινὸν ὡς-

20. Περ πηλοφοροῦντες.

10. [πόλεως vide R. P. ad Av. 813. Nub. p. 113. (v. 1075. Br.). Εἰεν. πάρειμ' ἐντεῦθεν ἐς τὰς τῆς φύσεως ἀνάγκας. Dactylus male habetur pro Trochæo, scribe igitur τὰς τῆς φύσεως ἀνάγκας, ut in Pluto p. 49. (1045.) Τάλαυ' ἐγὼ τῆς ὑβρεος ἧς ὑβρίζομεν. BENTLEIUS Kustero in Mus. Crit. N^o. VII. p. 449. "Addo, raro in Aristophanis se-

nariis occurrere πόλεως, ὑβριως, Ἔσ. trisyllaba, nisi ubi metrum patiatur πόλεως, ὑβρεος, Ἔσ. Quod non fugisse videtur Dawesium." Dobrius in Addend. ad Equit. 32. p. (126.)

14, 15. leg. ἱ-Α καὶ.

16. [Th. Mag. ἑλάσας καὶ ἐπὶ τοῦ καρποῦ καὶ ἐπὶ τοῦ δένδρου, κρείττον ἢ ἐλάσας. Cottif. Brunck. ad Av. 617.]

SECT. V. Illud præcipue notabis, Sophocleo ΘΑΝΑΤΟΝ ΔΗ-
 ΜΟΛΕΥΣΤΟΝ quam examussin respondeat Æschyli
 ΛΕΥΣΤΗΡΑ ΔΗΜΟΥ ΜΟΡΟΝ. At altera ista Στε-
 γων σκοροδαλμη undenam præterquam ab ipso Poeta
 proficisci potuerint, equidem non adsequor. Ver-
 borum ελθοντ εδει Λαβειν ordinem mutando rationi
 metricæ consuluimus; uti et καθηντο pro εκαθηντο
 scribendo. Atque hoc quidem editio Basil. 1532²⁸⁶.
 repræsentat. Pro και denique κασως, h. e. και ισως
 commodissimum censuimus.

316 * V. 442. Και χρηματοποιον' κουτ απορρητ εφη]

“ Emendandus hic versus. Lege

“ ————— κ' ουτε τ' απορρητ εφη²⁸⁷.

“ Illud τ' απ longum erit, εκ [scripsit, opinor, ut]
 “ τ' αγαθα.” Tan. Faber. “ Versus hic claudicat,
 “ ut recte vidit Faber, qui proinde eum sic fulcien-
 “ dum censet,—κουτε τ' απορρητ εφη. Sed et ita ei
 “ syllaba deerit. Quare, ut versus omnino αριτους
 “ fiat, scribendum erit, κουτε τα γ απορρητ εφη.”
 Kusterus. Immo αριτους est, quem venditat Faber,
 senarius. Nam, utcunque demum repræsentaverit,
 per crasin enunciari voluit τα απορρητ, quo pacto tres
 longæ habeantur, necesse est. Mirabitur autem, cui
 Cl. Kusteri minus quam mihi perspecta est incon-
 stantia, quod in ipsius editione conspiciatur. Equit.
 282.

Νη Δι εξαγαγων γε τ' απορρηθ ιω²⁸⁸ αριτον και κρεας.

Eadem itidem verba, forma quidem aliquantulum
 dispari, eandem quantitatem obtinent. Ran. 365.

quem conf. ad N. F. pp. 379,
 380. Hesychius; λευστηρα. φο-
 νια λιθους αναρουντα. Vid. Elms.
 ad Heraclid. 60. et Butler. ad
 Agam. 1127.

²⁸⁶. item Ald. [Junt. 1, 2.]
 Basil. 1547. R. P. ad R. D.;

vide supra p. 490. Infra κασως
 indiligens nimium exaravit R. D.;
 melius forte κασως quod exprimit
 P. P. D.

²⁸⁷. f. κουτε ταπ. R. B.

²⁸⁸. αμ' αρρον Br. quem conf.
 in Addend. ad Nub. 995.

Ἡ προδίδωσι ⁹⁰ [1. σιν] φρουριον ἢ ναυς ἢ τὰ πόρρητ AD
ECCL.
ἀποπεμπει.

Quod vero legendum censuit uterque *κουτε*, cum neque præcedat nec sequatur alterum vel *ουτε* vel *τε*, vel denique *και*, adversus sermonis rationem peccat. Ei vero sic consultum oportuit,

* ————— ΚΟΥΧΙ ταπόρητ εφη :

317

vel etiam adhuc accuratius *κωνχι*.

V. 512. Ουδεμῶ γὰρ δεινότερῶ σου ξυμμιξας οίδα γυναικε.] Loquitur Chorus mulierum, necdum virorum, uti postea, personatorum. Proinde rescribi oportet *ξυμμιξας οίδα* ⁹⁰. Atque ita quidem certior factus sum habere editt. Ald. et Wechel. quibus adstipulatur Basil. 1532. At enim, dicet aliquis, quid obstat, quo minus masculinum *ξυμμιξας* hic legatur ⁹⁰, cum

289. προδίδωσι D, E, T; προδίδωσι I, quam postea in προδίδωσι

(προδίδωσι) mutandam voluit.

290. Οὐδὲ μὲν nemo, opinor, dubitabit rescribere cum *Ἐλαιολειο* in *Cens. trimest. Edimb.* N^o. xxxvii. p. 76.; et 624. Μηδὲ μίᾳς ἢ τρύπημα κενόν. τὸ δὲ τῶν ἀνθρώπων τί ποιήσει; vide Porsoni *Ρεπερ.* P. xxxvii, et supra p. 221*. *ξυμμιξας* Ald. Suidas *ξυμμιξασα*. R. B. "Sic codex et editt. septem primariae." *Br.* ad l. *ξυμμιξασ* "scribendum ante *Damenium* vidit *T. Faber*." VALCK. ad Herodot. II, 63. conf. *Tourp.* ad Suid. I, 423. Plato *Polit.* 309. B. 2. τούτων τὰς μὲν ἐπὶ τὴν ἀνδρῖαν μᾶλλον ἐντεινούσας, οἷον σηματονοφῆς νομίσας αὐτῶν εἶναι τὸ στερεῖον ἤθος.—*Heusde*; *νομίσας* edd. Inscriptio apud *Chandler*. P. xxvi. l. penult. ΑΙΔΕΙΣΑΔΡΙΑΝΟΥ—quam C. imperite distribuit 'A

ἴδεις 'A.; recte, "Αιδ' εἰς' 'A., *Stuart.* in *Antiq. of Athens*, Vol. III. p. 19.

291. Nugatur acutissimus *Clarkius* ad II. E, 778. qui formas loquendi dissimillimas congressit, quas perite scrutatur *Brunckius* ad *Soph. Ant.* 977.: *Dawessio* quoque refragatur *Heathius* ad *Soph. l. c.*, *Eur. Med.* 850. etc. (et ex illo *Wetstein.* ad *D. Luc.* xxii, 58.), qui cum *Clarkio* contendit participium et singulare et masculinum, ubi de muliere sermo est, rite poni posse. Dolet *Valckenaer.*, viro summo, sententiam suam probasse, qui ad eam firmandam citat *Sophocli. Ant.* 455. Ἰστ' ἀγραπτα κίσφαλῆ θεῶν Νόμματα δύνασθαι θνητῶν ἐνθ' ἵπερδραμείν. ἵπερβαλεῖν *Darnaud* in *Conject.* p. 411. Sed sè, haud ἐμὲ, ut vir præstantissimus, subaudiendum: et *Ion.* 973. θνητὸς οὖσ' editiones veteres omnes, ut *Androm.* 422. ἀκούσας' *Lasca.*

SECT. ris. Vide *Elmsl.* ad *Med.* 823. t. V. Addere libet illud Virgīlii *Æn.* II, 632. ducente deo [Venere]. Hunc locum Clarkio imposuisse mirum profecto. VIII, 616. *Ille deæ donis et tanto lætus honore.* Macrob. Saturn. v, viii, p. 389.

i
Ille deo (sic) MS. Cic. in Cato. M. ii. naturam optimam ducem, tanquam deum, sequimur. de Finib. v. xv. ut eam, quasi deum, ducem subsequens, ad naturæ perveniat extremum—. Non meminerat vir, si quisquam, in dijudicando solertissimus νῆ τῷ θεῷ (ἦτοι τὴν Κόρην καὶ τὴν Δήμητραν) Athenienses, ut ναὶ τῷ σιῷ, aut ναὶ σιῷ (τοὺς Διοσκόρους) Lacones, dejurare solere; *Aristoph.* Pac. 213. Ναὶ τῷ Σιῷ, νῦν Ἀττικίων δώσει δίκην. *Plut.* 1007. Καὶ μὴν προτοῦ γ' ὄσημέραι, νῆ τῷ θεῷ. *Xenoph.* Anab. vi, p. 486. Ἀκούσας ταῦτα ὁ Κλέανδρος, Ἄλλὰ ναὶ μὰ τῷ Σιῷ, ἔφη, ταχύ τοι ἡμῖν ἀποκρινούμαι. vide *Valckenær.* ad *Adonias.* p. 286.; conf. *Odyss.* M, 448, 9. II. Γ, 380. Δ, 58. E, 339. *Æschyl.* Eum. 663. *Soph.* Ant. 801. *Eur.* Ph. 542. *Antiphanes* apud *Grot.* in *Exc.* p. 635. *Philemon* apud *Stob.* p. 210. *Walpole* p. 45. (apud *Clem. Alexandr.* p. 726.) *Herodot.* I, 105. *Demosth.* de *Cor.* init. θεοῖς εὐχομαι πᾶσι καὶ πάσαις. *Cayl.* T. II. tab. LIX. **ΘΕΟΙΣ ΠΑΣΙ ΚΑΙ ΠΑΣΑΣ.** In formula *Cretica* apud *Chishul.* p. 133. **ΘΕΟΣ ΠΑΝΤΑΣ ΚΑΙ ΠΑΣΑΣ.** *Inscriptio* IV. in *Bibl. Coll. SS. Trin. Cantab.,* et haud ita pridem a *Dobrawo* τῷ μακαρίτῃ typis demandata, I. 27. **ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΑΛΛΟΙΣ ΘΕΟΙΣ ΓΑΣΙ ΚΑΙ ΓΑΣΑΙΣ.** *Spenser's F. Q. Stanz.* xlvi. *Great god of men and women, queen of*

th' air, Mother of laughter, and well-spring of bliss. *Pind.* *Pyth.* XII, 6. ὦ ἄνα, regina. In numero duali "Attici de feminis articulos præsertim, et participia generis adhibebant masculini." II. E, 778. τῷ δὲ βάρην *Schol. Lasc.* ad *Soph.* El. 977.; sed apud scriptores vetustissimos τῷ communis generis est; *Xenoph.* K. II. I, II, 11. καὶ μίαν ἀμφω τοῦτω τῷ ἡμέρα λογίζονται. *Plato* in *Phædr.* 237. D. Δεῖ οὖν νοῆσαι, ὅτι ἡμῶν ἐν ἐκάστῳ δύο τινεῖ ἐστὸν ἰδέα ἄρχοντε καὶ ἄγοντε, οἷν ἐπόμεθα, ἦι ἂν ἄγητον. Sic *Cod. Clarkio-Bodl.* *Ar.* *Nub.* 506. ἐς τῷ χεῖρέ νῦν Δόξ μοι μελιτοῦτταν πρότερον. *Pac.* 35. καὶ ταῦτα τὴν κεφαλὴν τε τῷ χεῖρέ πως Ὡδὶ περιάγων. *Ran.* 201. οὐκουν προβαλεῖ τῷ χεῖρε, κάκτενεῖς; *Lys.* 434. ξυλλαμβάναν' αὐτὴν, κώπισω τῷ χεῖρε δεῖ. *Xenoph.* *Mem.* II, III, 18. νῦν μὲν γὰρ οὕτως, ἔφη, διακείσθε, ὥσπερ εἰ ΓΩ ΧΕΪΡΕ, ἅς ὁ Θεὸς ἐπὶ τὸ συλλαμβάνειν ἀλλήλαιν ἐποίησεν, ἀφεμένῳ τοῦτου τράποιτο πρὸς τὸ διακωλύειν ἀλλήλω. *Anab.* VI, p. 427. ὀπίσω τῷ χεῖρε δεδεμένον ἐλαύνει. *De Repub. Laced.* p. 395. καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς ἐπέταξεν ἐντὸς μὲν τοῦ ἱματίου τῷ χεῖρε ἔχειν. *Lex. Sangerm.* p. 389. Ἀμφω τῷ χεῖρε: ἀμφοτέρας τὰς χεῖρας. Vide *Brunckii Lex. Soph.* v. ΓΩ ΧΕΪΡΕ. *Theatet.* p. 155. E. οἱ οὐδὲν ἄλλο οἰόμενοι εἶναι ἢ οὐ ἂν δύνωνται ἀπρίξ τοῖν χεροῖν λαβέσθαι. *Cod. Clarkio-Bodl.*; *Scholia vetustissima Codicis Harleiani* ad *Lucian.* T. II, p. 270. τοῖν χεροῖν. *Conf. Κοῦν.* ad *Gramm.* *Leid.* de *Dial.* p. 304. *Xenoph.* K. II. I, III, 2. καὶ τὰ ψέλλια περὶ ταῖν χεροῖν,—sed ταῖς χερσὶν exhibent MSS. *Paris.* tres, *Altorf.* marg. *HSt.,* et

apud Euripiden videamus Hecubam (509) de se ^{AD} ^{ECCL.} similiter dicentem :

—————ουκ ἀρ ὡς ΘΑΝΟΥΜΕΝΟΥΣ
Μετηλθεσ ἡμας————

Verum enimvero sic colligas, velim, ubicunque de fœmina reperitur masculini generis adjectivum, ibi etiam pluralem numerum adhiberi ⁹¹.

Leunclav.; vide *Porsonum* ad Aristoph. Equit. 823. *Plato* in Phædo. p. 54. C. *Fyf.* = T. I, p. 71. E. *HSt.* = p. 300. *Fischer* = p. 25. *Wyttenb.* οὐκοῦν καὶ τοῖν γενεσίοιιν τοῖν περὶ ταῦτα ἢ γ' ἐτέρα σαφὲς οὐσα τυγχάνει; καὶ αἰν αἰν τοῖν—τοῖν Cod. Clarkio-Bodl., et τοῖν—τοῖν e Cod. Tubingensi *Fischerus*. de Legg. x, p. 898. A. Τοῦτοιιν ἐὶ τοῖν κινησίοιιν τοῖν ἐν ἐνὶ φερομένοιν.—*Soph.* Œd. Col. 1676. Ἴδόντε καὶ Ἄλδ.; παθοῦσαι MSS. Palatin. et duo apud *Brunckium*, qui, ut oratio sibi constet, παθόντε in notis proposuit. *Soph.* El. 977 — 982. Ἴδεσθε τῶδε κασιγνήτω, — Ψυχῆς ἀφειδήσαντε, Τούτω φιλεῖν χρῆ, τῶδε χρῆ πάντα σέβειν, Τῶδ' ἐν θ' ἑορταῖς. [*Milton's S. A. I shall be named amongst the famousst Of women sung at solemn festivals, Living and dead recorded.*] *Eur.* Hipp. 391 (389. *Monk.*). Οὐκ ἂν εὖ ἦτην ταῦτ' ἔχοντε γράμματα. Ἴδοντε, παθόντε, ἀφειδήσαντε, et ἔχοντε communis generis sunt. Sic ἀκολουθοῦντε apud *Hermippum*, teste *Lex. Sang.* pp. 367, 8. περιφυσῆτω quoque in *Lys.* 323. pristinam sanitatem retinet. Si enim nominativus singularis in ος exit, a finalem in numero duali non agnoscunt veteres.

291. Vide *R. P.* ad l., et

Hermann. ad *Viger.* p. 713. Π. O, 104, 3. Juno de se locuta, Νήπιοι, οἱ Ζηνὶ μενεαίνομεν ἀφρονέοντες, Ἡ ἔτι μιν μέμαμεν καταπαυσέμεν, ἄσπον ἰόντες. *Æschyl.* Suppl. 203. Πάτερ, φρονόβους πρὸς φρονόβους † ἰντέπαις. "φρονούντας *Med.* Ask. D. *Gœtze.* *Ald. Rob.*" *Butler.*; conf. *P. P. D.* ad *Ar.* *Plut.* 256. 334. Καὶ δουτυχούντων γ' εὐμαρῆς ἀπυλλαγή. Conf. *Soph.* *Ant.* 926. *Tr.* 492. *Aj.* 269. 273. *El.* 814, 15. *Eur.* *Hec.* 237. 403. *Med.* 246. 315, 316. 763. 769. *Alcest.* 384. *Androm.* 357. 712. 888. et *Neophro.* apud *Grot.* in *Flor.* p. 107. a *Br.* cit. ad *Med.* 1062. Verba sunt *Medæ* ad *Jasonem.* *Ph.* 1730. "de se sola Antigone loquitur," *Γενόμεθα, γενόμεθ' ἄθλοι Δῆρα Θηβαιῶν μάλιστα παρθένων. R. P.*, qui in ep. ad *Dalzell.* in *Mus. Crit.* No. III. p. 334-5. enotavit; "In *Soph.* *Electr.* 399. *Triclinius* altered τιμωρούμενοι into the feminine. In *Euripid.* *Hippol.* 350. *Brunck* has rightly edited κεχορημένοι from his membranes. [*Med.* 385-6.] πεφυκάμεν σοφῆλ is not 'I *Medea* am expert,' but, 'We women are expert.'—*Euripides*, the woman-hater, could not miss the opportunity of libelling the sex. *Ion.* 629. Ὅσα σφαγὰς δὴ, φαρμάκων τε θανασιμῶν Γυναικεῖς εὖρον ἀνδράσιν διαφθορὰς. *There is a stronger ob-*

SECT. V. 659. Της αικίας οἱ τυπτοντες²⁹² ποθεν εκτισουσιν.]
 Nemini, quod sciam, displicuit syntaxis ista της αικίας
 εκτισουσιν. Et genitivum quidem cum verbo, quod
 vocant, transitivo nonnunquam conjungi non diffiteor.

jection against Dawes's rule in Hippolyt. 1120. than can be brought, I believe, from any other quarter." Fortasse vero propius, Ξύνεσιν ΔΕ τιν' ἐλπιδὶ κεύθΟΥΣ' Ἐλλείπῳ τε τύχαις—sed ἔπεχω. Suspicionem suam de hoc loco humaniter mecum communicavit vir eruditissimus, Thomas Briggsius, ξ. δ. τ. ἐ. κεύθειν Α. εὔτε τ. θ. κ. ἐ. ἔ. λένσσω. Aristophan. Eccles. 30, 31. "Ὁρα βαδίζειν, ὡς ὁ κήρυξ ἀργίως, Ἡμῶν προϊόντων δεύτερον κεκόκκυεν. In hac fabula mulierculæ virorum partes acturæ satagunt. Si earum una tardiusculas increpitans, προϊόντων deblaterasset, acta hæc res esset; sorores sub alienis personis latentes prodidisset, et ratio de integro illis ineunda. In Act. DD. Apost. ix, 37. λούσαντες pro λούσασαι more Atticorum; feminarum enim erat, non virorum, feminas mortuas lavare. Markland. Explicat. vett. aliquot p. 281. II. Ω, 547. Τὸν δ' ἐπεὶ οὖν λούσαν καὶ χρίσαν ἐλαίῳ. Plat. Phædo. p. 115. Α. 7. δοκεῖ γὰρ ἤδη βέλτιον εἶναι λουσάμενον πιεῖν τὸ φάρμακον, καὶ πράγματα ταῖς γυναιξὶ παρέχειν νεκρὸν λούειν. Si genere proxima hoc munere plerumque fungeretur, cadit quæstio. Soph. Ant. 900. Ἐπεὶ θανόντας αὐτόχειρ ἡμᾶς ἐγὼ Ἐλοσα, κάκοσμησα, κάπτυνμβίους Χοᾶς ἔδωκα conf. Eur. Hec. 609, 10, 11. Ph. 1337—9. Virg. Æn. iv, 681. "Sed in scriptoribus sacris non est venanda sermonis Attici in-

doles, sed quærenda est sola rerum altitudo et magnificentia." Ne quis Clarkii nota s. c. abutatur, reminiscatur,—"νεκρὸς masculino genere semper dicitur." ad Hec. 665. Quotiescunque numero multitudinis utimur, genus quoque masculinum usurpare solemus, etsi una et item altera inter nos sit mulier. Sic passim locuti sunt veteres; et nunc quoque vulgo loquimur. Hinc Pausaniæ locum [II, 21.] male a Clarkio intellectum pulcre expedivit Brunckius. "De duobus Niobes liberis, quibus Latonæ pepercit ira, ibi agitur, Melibæa puella, cui Chloris inditum postmodo nomen, et Amycla, qui mas fuit, non femina. Hoc cum aliunde colligi potest, tum ex ipsius Pausaniæ loco p. 417. Χλωρίς Ἀμφίονος θυγάτηρ μόνη λειφθεῖσα τοῦ οἴκου σὺν δὲ αὐτῇ καὶ ἓνα περιγενέσθαι φασὶ τῶν ἀρσένων. Itaque de mare et puella agens rite dixit L. II. cap. 21. ΤΟΥΤΟΥΣ δὲ φασὶν Ἀργεῖοι τὸ ἐξαρχῆς οἰκοδομῆσαι τῇ Λητοῦ τὸν ναόν, quemadmodum paullo ante dicere debuit περιγενέσθαι δὲ ΕΥΞΑΜΕΝΟΥΣ τῇ Λητοῦ, ubi mendose ex librarii errore legitur εὐξαμένας." ad Ant. 977. Enotasse libet ad Æschyl. P. V. 858. δαμέντας optime restituisse Pauwium; et levis transpositio sententiæ laboranti succurret; Γυνή γὰρ—Δίθηκτον ἐν—Πελασγία τε—Ἄρι δαμέντας—. 292. "κλέπτοντες Ald. leg. ληφθέντες." R. B.

In hanc utique constructionem cadunt των θρυαλλίδων ^{AD}
 Nub. 59. των ψήφων Ran. 1294. των κρειων Equ. 418. ^{ECCL.}
 των λίθων Ach. 183. των ισχαδων 805. των δημοσιων
 Vesp. 552. των σκοροδων Pac. 257. * των κριθων 962. 318
 των σπλαγγων 1102. 1111. των δρεπανων 1202. των
 χυτρων Av. 356. των ξυλων Thesm. 733. ¹⁰⁰ Verum

293. Ach. 146. φαγεῖν ἀλ-
 λᾶντος e membranis Brunckius;
 1179. τῆς κεφαλῆς κατάγε.
 Equit. 201. Fortasse, ἀλλᾶντος
 μᾶλλον ἔλονται. Il. E, 30. χειρὸς
 ἑλοῦσα. Thucyd. I, xlii, τῆς
 ὑποψίας σῶφρον ὑφελεῖν μᾶλλον.
 1178, 9. φαγεῖν Ἐλατῆρος. Conf.
 364. Ran., et 769. Vesp. 239.
 ἤψαμεν τοῦ κορκόρου. Nub. 271.
 ὑδάτων ἀρύτισθε. Pac. 1133. ἔξ
 τῶν ξύλων. 1136. Κάνθρακίζων
 τοῦ ῥεβίνθου. 1145. Τῶν τε πυ-
 ρῶν μίξον αὐτοῖς, τῶν τε σόκων
 ἔξελε. Thesm. 663. τῶν θ' ἰμα-
 τίων ἀποῦσας. Aristoph. apud
 Polluc. vii. §. 30. Ἐξαιετὶ δὲ
 τῶν ἑρίων, Ἀριστοφάνης ἔφη.
 Pherecrates apud Lex. Sangerm.
 v. Ἄνθος, p. 404. a D. R. ad
 Tim. p. 153. citatus, Ταχὺ τῶν
 ἑρίων καὶ τῶν ἄνθων τῶν παντο-
 δαπῶν κατάγωμεν. Crates apud
 Plutarch. II, 830. C.—τῶν ἑρίων
 ζαίοντα—et apud Athen. III,
 119. E. τῶν ραφάνων ἐψειν χρῆ.
 Il. I', 78. μέσσον δούρος ἑλών
 385. Χειρὶ δὲ νεκταρίου ἑανοῦ ἐπί-
 ναξε λαβούσα. Il. E, 30. Χειρὸς
 ἑλοῦσα. 268. τῆς γενετῆς ἔκλεψεν.
 Soph. Oed. Col. 924. ἐπεμβαί-
 νων χθονός. Ant. 537. φέρω τῆς
 αἰτίας. El. 1451. φίλης γὰρ
 προξένου καθήνυσαν. Eur. Hec.
 614. βᾶψασ' ἔνεγκε δέυρο πον-
 τίας ἄλος. 1156. κόμη ἀντεῖχον.
 Or. 153. λόγου μετάδος. Herodot.
 viii, 106. αὐτοῦ τε—ἀπέταμνον.
 Thucyd. I, xlvii. τῆς ἠπέρισω ὀρ-
 μιζοντο. xxx. τῆς γῆς ἔταμον

Xenoph. Anab. II, p. 160. οἱ ἂν
 ἐξελεγχθῶσι διαβάλλοντες τῶν
 Ἑλλήνων. III, 190. συντελέψασιν
 ἡμῶν. p. 224. Παρήγγελτο δὲ
 τῶν πελαστών ὡς εἶδει διέκτειν,
 καὶ τῶν ἑλετιῶν, καὶ τοῖς ἐπιπέ-
 σιν εἰρητο βαρσοῦσιν δέκκειν. IV,
 p. 303. αὐτὸς τε τῶν πύλων λαίρ-
 βανι. Cyrop. viii. p. 122. l. 8.
 οὐκ ἔμετο προσέειπεν οὐδανὶ ἀρχῆς.
 Plato Gorg. p. 469. D. 7. κἄν
 τινα δόξῃ μοι τῆς κεφαλῆς κατα-
 γῆσθαι δέιν—Schol. Cod. Clarkii.
 Bodl. ad l. καὶ τοῦτο ἀπτικόν· τὸ
 γὰρ κοινὸν τὴν κεφαλὴν κατα-
 γῆναι· τὸ γὰρ ἐπιμέρους λέγειν
 ἀπτικόν· οἷον ἔφαγον τοῦ ἄφρον·
 οὕτως οὖν καὶ καταγῆν τῆς κε-
 φαλῆς. P. 514. A. 6. δημοσίῃ
 πράξοντες τῶν πολιτικῶν πραγ-
 μάτων. De Repub. IV, p. 445.
 D. 9. οὕτε γὰρ ἂν πλείους οὕτε
 εἰς ἐγγετόμενος κινήσαιεν ἂν τῶν
 αἰῶν λόγου νόμων τῆς πόλεως.
 Vide H. Steph. de Dial. p. 45.
 Elmsl. ad Heracl. 908, 909.
 et Monk. ad Alcest. 861, et in-
 primis P. P. D. ad Plat. 1081.
 ὕζειν τε τῆς χροῆς ἔφασκεν ἠδόμεναι
 [Respicit Comicus Eur. Med.
 1071. ὃ μαλθακὸς χροῆς, πνεῦμά
 θ' ἤδιστον τέκων. et Troad. 760.
 ὃ χρωτὸς ἠδὲ πνεῦμα—]. Aliud
 est Καίετο μὲν Ναντιοῦς (ἰουσι-
 scilicet) Hermesian. apud Athen.
 xpi, 598. B.; alia quoque sunt
 Hec. 521. 541., Xenoph. Cyrop.
 III, 41. l. 21. σὺ δὲ, ὃ Ἀρμένια,
 αἰπάγου τὴν τε γυναῖκα καὶ τοὺς
 παῖδας, μὲδὲν αὐτῶν καταβίεις.

SECT. *Accede et noctem fac mecum concumbas.* Vocis
 V. autem *εὐφρονην* notionem, ne forte lectori convitium
 facturus videar, adstruere supersedeo. Illud potius
 vide, quam laute se dederint Suidæ editores: “*Εὐ-*
 “*φρονη]* Η νυξ.

“ Τίς τον μεγατοφωνον ενδον της στεγης
 “ Επεισεν ορνιν ὠρολογειν την ἑσπεραν;”

Nimirum huic exemplo non immerito adjeceris:
 Μηνιν αἶδε θεα — Ανδρα μοι εννεπε Μουσα — Αριστον
 μεν ἕδωρ — Nam ex his perinde atque ex illo, *εὐφρονη*
 quid valeat, quivis didicerit. Videtur profecto Cl.
 Kusterus, nam cæteros nihil moror, *ορνιθος μεγαστο-*
φωνου assessoris indignisse, juxta illud *Bdelycleonis*
 apud Aristoph. commentum. Vesp. 811.

320 * ΦΙΛ. Αταρ τι ΤΟΝ ΟΡΝΙΝ ὡς εμ ἐξηνεγκατε ;
 ΒΔΕ. ΙΝ ΗΝ ΚΑΘΕΥΔΗΙΣ, απολογουμενου τινος,
 Αιδων ανωθεν ΕΞΕΓΕΙΡΗΙ Σ ΟΥΤΟΣΙ.

PHI. *At quo tandem consilio avem [gallum] ad me
 adduxistis?* BDE. Ut si forte dormias, *causam
 perorante quopiam, superne canendo* hic te e somno
 excitet. Sed ne longum faciam, lege—*ὠρολογειν την
 ΕΥΦΡΟΝΗΝ*²⁹⁸. Illud tantum addam apud Aristoph.
 pro *ἐξηνεγκατε* legi omnino oportere *εισηνεγκατε* †.
 Nam domi intus versatur, qui ista loquitur.

τὴν εὐφρόνην confirmant Brunckii
 MSS. et Rav. “ atque ita citat
 Tourpius Cur. Noviss. in Suid.
 p. 138 (187).” *R.P.* apud *P.P.D.*
 Conf. *Æs. Pers.* 179. 221. *Agam.*
 266. 280. 338. 527. *Eum.* 689.
Soph. El. 19. ; in *Æsch. Suppl.*
 689. lege, *Σχήσει κατ’ ἡμαρ καὶ
 κατ’ εὐφρόνην ὁμῶς.* *Soph. El.*
 259. *Ἄγῶ κατ’ ἡμαρ καὶ κατ’
 εὐφρόνην αἶ.* *Epicharmus* ab
R. P. ad *Hec.* 1161. *Αἶτε τι
 ζητεῖ σοφόν τις, νυκτὸς ἐνθυμη-*
τίον.

298. “*Εὐφρονην* recte legi

apud *Pisidem* monet *Tourpius*
 [Vol. i. p. 209. Ox.]. Eadem li-
 brarii est oscitantia iterum *Suidæ*
 v. ΕΦΙΕΙ. *Εφιετ’ επετρεπεν.* Ο
 δε Καισαρ ἔθουν τα προ της πο-
 λεως επετρεπεν. προ τα προ της
 πολεως ΕΦΙΕΙ. Vide *Tourpius*,
 [ibid. p. 211.], qui locum re-
 stituit. Utrinque codex noster
 C. C. C. cum editis peccat.”
Burgessius.

† *ἔξην.* “*Ἰνα γ’ ἦν κ.* Rav. et
 tres edd. pr. ; “ non intus ver-
 satur *Philocleo.*” *Br.* quem vide
 ad l.

Emendationes in THESMOPHORIAZUSAS.

V. 32. Ουκ ἀλλ ἕτερος τις. οὐχ ἑώρακας πωποτε;
Μων ὁ δασυπῶγων; Οὐχ ἑώρακας πωποτε;]

AD
THES.

In utroque versu scribi jubet Cl. Kusterus ἑώρακας ποτε. Atqui supra pag. 202. abunde demonstravimus quadrisyllabum ἑώρακας Atticis fuisse ignotum. Lege vero utrobique,

— — οὐχ ΕΩΡΑΣ²⁹⁹ πωποτε.

Quanquam utique quadrisyllabum ἑώρακα, uti diximus, nullum sit; at ἑωρων tamen perpetuo trisyllabum est, uti in istis :

*¹ Σὺ δε πῶς ἑώρας, ὦ κακίστ ἀπολουμένε.

321

² Ὅτι δειλοτάτον τούτων ἑωρων, ελαφοὶ δια τούτ ἐγενοντο.

³ Ταυτην ἑώρας την καλην την διαφανη.

Collige obiter frustra esse Cl. Bentleium, qui ad Nub. 325. ista habeat : “ Ego sic ex ingenio resti-
“ tueram :

“ Ὡς οὐ καθορῶ³⁰⁰. Παρα την εισοδον. Ἡδη νυνὶ μόλις ἑωρων.

“ Ἐωρων δισυλλαβως, ut sæpe³⁰¹. Sic in Avibus [1572.] :

“ Ἐώρακα παντων βαρβαρωτάτον θείων.”

Vides quam imperite vir Cl. verba tam dissimilia confuderit. Sed neque ἑωρων, si ipsum tempus spectes, recte se habet. Nihil utique aliud valet quam quod Latinorum *vidi*, *I saw*, vel *I have seen*.

¹ Plut. 713.

² Nub. 353.

³ 765.

299. ἑώρακας *R.B.* et *Rav.*; et ad alterum quoque versum ἑώρακας *R.B.*; vide supra pp. 379, 80. Post paullo Plut. 713. ἑώρακας *MS.* F.

300. Ὡς οὐκ ἀθρῶ in exemplari suo *R. B.* ἥδη νυνὶ μόλις αὐτὰς ἀθρῶ *C, H*; ἥδη νυνὶ μόλις ὀρῶ *D, E, T, Dorv.* ἥδη νυνὶ μόλις

ἀθρῶ ὀρῶ *F.* “ ὀρῶ (ἀθρῶ) *Vict. cod.*

εἶδον.” πρὸς την εισοδον ἔλε ἥδη νυν και μόλις ἀθρῶ *I*, et *Barocc. 127.* inter *l.* ὄρα παρὰ την εισβολήν τοῦ ὄρουσ habet *l.*

301. *Conf. Mus. Crit. No. vii, p. 435.*

SECT. V. Postulat vero loci indoles verbum præsens-imperfectum *video*. Lectio vulgata sic repræsentatur :

Ως ου καθορω. Παρα την εισοδον. Ηδη νυν μολις ὀρω.

Quo pacto in versus fine pes integer deest. Eum autem ex sequente sat commode suppleveris :

————— Ηδη νυν μολις ὀρω ΑΥΤΑΣ.

Ibi utique legitur :

Νυν γε τοι ἤδη καθορας ΑΥΤΑΣ—

322 * Versus quidem ita emendatus non est inter maxime numerosos. Sed est tamen legitimus. Quin et ipsi huic quicquid est incommodi mutato verborum ordine subveniri poterit :

————— Ηδη ὀρω νυν μολις αυτας ³⁰².

302. “ Sed illud *αὐτάς* incommode additur, dum hæc verba Strepsiadès loquitur, qui versus initio non addiderit. Superscriptum pro interpretatione in uno MS. vidi ; in textu quidem habet MS. Ravennas, sed idem contra sensum ὀρω̄ omittit. Quod habet MSS. fere dimidia pars ἀθρῶ̄ probant Kusterus et alii ; in textum intulit Brunckius, διαθρῶ̄ νυνὶ μόλις Ἡδη. Sed felicius hoc compositum restituit [Kusterus] Thesm. 665. Præterea metro coactus εἰσοδον̄ scribit, quod nunquam apud Comicos, ut neque quicquam aliud nomen ab εἰς compositum reperitur. Rarissime omnino, et vereor, ne in locis tantum mendosis, εἰς ante vocalem usurpant. At μόλις ἀθρῶ̄, præterquam quod licenter priorem producit, cum *Davesio* opinor non dici posse pro μόλις ὀρω̄. [ἀθρῶ̄ cum compositis, et similia vix unquam producuntur apud Comicos. *R. B. Kustero in Mus. Crit. N.º VII, p. 435.*] *Bent-*

leius contra tempora, si non contra metrum, εἰώρων. Quid igitur hoc versu faciendum ? Primo varias lectiones videamus. Olim vulgatæ editiones, ἤδη νῦν μόλις ὀρω̄. MSS. quidam pro νῦν habent νῦν καὶ, alii νυνὶ, in quibus quatuor, quos ipse inspexi ; ἀθρῶ̄ pro ὀρω̄ multi ; utroque omisso Ravennas, ἤδη νυνὶ μόλις αὐτάς. Equidem, si quis ex dissensu Codicum arguat, hunc locum jam ante eorum ætatem sæde corruptum fuisse et veritatem in puteo latere, non vehementer negem. Sin quis e MSS. vestigiis quid eliciendum censeam, requirat, respondebo, me totam sententiam Socrati continuare malle et legere, ΣΩ. Νυνὶ μάλ' ἀθρῶν βλέπε πρὸς τὴν εἰσοδὸν ἤδη. Νυν γέ τοι ἤδη καθορᾶς αὐτάς— In quo addidi βλέπε e v. 322. Βλέπε νῦν δευρὶ πρὸς τὴν Πάρνηθα. Jocus est Comicis antiquis solennis, ut actorem personæ quam agit, oblivisci faciant, et de theatro aut spectatoribus, quasi impruden-

Cæterum Cl. Kusterus ad locum "Metrum (inquit) manifeste claudicat: cui vitio egregie medetur MS. "Vatic. U. qui sic habet, ΗΔΗ ΚΑΙ ΝΥΝ ΜΟΛΙΣ ΑΘΡΩ. Textui lectionem hanc restituissem, nisi "Collatio illius MS. paulo serius ad me missa fuisset." Egregia vero medicina, quæ ex simplici morbo duplicem effecit. In recepta utique scriptura metrum unice laborat; in hac et metrum, et oratio: metrum, quod *αθρω* priorem in sermone comico necessario corripiat: oratio, quod verbum istud de simplici *visu* nunquam adhibeatur, sed *intueri, considerare, examinare*³⁰³, vel simile denotet. Immo tertium est, quod in egregia ista lectione merito improbaveris, quod voculam *και* similiter otiosam non sit reperire. Lectio hæc, uti et pleræque aliæ in MS. Vatic. U. a vulgatis discedentes, a correctore, eoque perquam imperito, profecta est.

Analogiam autem, ut illud obiter notemus, quam inter *ώρακα* et *ιωρων* servari videmus, sequuntur etiam ista *ήλωκα* et *ιαλων*³⁰⁴. Prioris exempla in istis habentur:

tem loqui. *Εἰσοδος* autem est ea theatri pars, qua Chorus scenam intrat. Vide Av. 297. et Schol. Ergo Socrates, Strepsiade querente se Nubes non videre, respondet, *Nunc tandem quam maxime contende et ad Theatri introitum spectu: nunc enim tandem cas vides. Μάλ' ἀθρεῖν* dicitur ut *μάλ' ἀπαυδῆν* et *μάλα δάκνειν* Ran. 372. 888. Denique *πρὸς τὴν εἴσοδον accurate* respondet verbis *præcedentibus, πρὸς τὴν Πάρνηθα*. E duobus optimæ notæ MSS. a me collatis, *πρὸς* adoptavi pro *παρὰ*, quam varietatem e nullo codice adhuc enotatam esse profecto mirum." PORSONUS. PRÆF. liii, iv. = lvii, viii., quem conf. ad Or. 679. ed. 2. Plato Phædo, p. 155.

E. 2. "Ἀθρεῖ δὲ περισκοπῶν, μή τις τῶν ἀμνήτων ἐπακούη.

303. Lex. Sang. p. 349. "Ἀθρεῖ: ὄρα, βλέπε. Iterum p. 350. 'Ἀθρεῖν: τὸ περισκοπεῖν καὶ μετὰ ἐπιτάσεως ὄρᾶν. παραδειγμάτων δὲ πάντα μεστὰ. Soph. (Ed. Col. 252. Οὐ γὰρ ἴδοις ἂν ἀθρῶν βροτῶν.—Conf. El. 696, 7. Eur. Bacch. 1058. ὄσσοιν ἀθρῶν R.P. Opusc. p. 234. Med. 532. "θήσομαι significare debebat *judicabo*. Non invitus legerem αὐτ' ἀθρήσομαι, si mihi exemplum hujus futuri innotuisset." R.P. Sæpenu-mero hoc verbo utitur Plato.

304. Hanc Dawesii observationem verissimam putat *Piers*. ad Mœr. p. 178. Eur. Ph. 1647. *ὄς ἂν νεκρὸν τόνδ' ἢ καταστῆφον ἀλφ.* sed de *ώρακα* vide ΤΥ-

SECT.

V.

323

*¹ ΗΛΩΚΕΝ, ὡς ὁ φρυκτος ἀγγέλλων πρεπεῖ.

² Πλειστον ἡμαρτηκεν· ἡ γὰρ εἰσφορα τις ἤρπακε
 Τανδοθεν παντ, ἡ δικη τις περιπεσων ἀπώλετο,
 Ἡ στρατηγησας προσωφλεν, ἡ στρατηγος ἀίρεθεις
 Ἰματια χρυσα παρασχων τῷ χορῷ ῥάκος φορεῖ,
 Ἡ τριηραρχων ἀπηγξιατ, ἡ πλεων ΗΛΩΚΕ ποι³⁰³.

¹ Æschyl. p. 177. l. 9 [Ag. 30.]. ² [Antiphanes] Apud Athen. p. 103. F.

WHITT. supra laudatum (p. 379.)
 Burgess. Analogia, quam inter
 ἡλωκα et εἰῶλων servatam voluit
 R. D., infirmo tibicine nititur; in
 loco ex Agam. εἰλωκεν exhibent
 editiones omnes; Xenoph. Cyrop.
 II, II, 22. τοῦτό γε ψευδόμενος
 εἰλωκα· Conf. Anab. VII, p. 494.
 T. Mag. 'Εἰλωκεν οἱ Ἀττικοί'
 οὐχ ἡλωκε. Sed Anab. IV, p.
 264. τὸν ἡλωκότα λόφον. Ib. p.
 289. καὶ ἵπποι ἡλωσαν ὡς εἴκοσι,
 καὶ ἡ σκηνὴ Τηριβάζον εἰλω.
 Suidas, "Ἠλωκε: ἐκράτηθη. sed
 ὅλως πολλὰ τὰ γλωσσηματικὰ
 παρ' αὐτῷ [apud Xenophontem],
 inquit Suidas in v. Ἀγνιάν· quæ
 tantum absunt, ut pro nævis
 habenda putem, ut hanc potius
 ab Atticis norma deflexionem
 jucunditati illi inaffectatæ, quam
 nulla possit affectatio consequi,
 facile condonandam existimem;
 vide supra pp. 138. 454. Anab.
 V, p. 360. ἡλίσκετο. Photius,
 'Ἠλίσκοντο. ἐπόρθουν.

303. Χορηγὸς αἰρεθείς, Ἰμάτια
 χρυσαῖα παρασχωὺν τῷ χορῷ ῥάκος
 φορεῖ R. P. Advss. pp. 62. 286.
 Walpole, p. 12. Idem apud
 Polluc. VII, 59. Ταῖς δ' ἐνδύοις
 στολαῖσι τετραγώνημέναις. Ib.
